

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**[Theologische Traktate, gedruckt und handschriftlich] -
Cod. Rastatt 23**

Verardus, Maximilianus

[S.l.], [Ende des 15. Jahrh.]

Tractatus solemnis fratris humberti [...]


[urn:nbn:de:bsz:31-284137](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-284137)

4 9029

2(1)

LR 496

Traictatus solemnīs fratris hum
berti quondam Magistri generalis ordinis predicatorum. De
predicatione Sancte crucis.



Incipit tractatus venerabilis patris Fratris Humberti
quondam magistri generalis ordinis predicatorum de predicatioe
crucis. Et primo instructio quedam circa frequens opus.

¶ Capitulum primum.

A que infra scripta sunt de pertinentibus ad crucis
predicationem contra sarracenos ad hoc valere possunt
ut predicatorum crucis nondum in tali predicatioe exer
citati materiam hic inueniant huius exercitij. Qui vero magis
sufficientes sunt data sibi occasione plura et meliora supaddent.
Alij vero qui in predicatioe habent gratiam excellentem ex materia
rudi sibi preparata tanquam prudentes artifices opus pulchrum et magis
formatum producent. et hec omnia ad gloriam saluatoris et utilitates fidei
christiane. Notandum vero quod in quolibet paragrapho ubi circa
finem inuenitur codicis paragraphus et in margine inuitatio. potest
fieri inuitatio ad crucem cum cantu Veni sancte spiritus. vel Veni
creator spiritus. vel Vexilla regis. vel Salve crux sancta. vel alijs
huiusmodi. vel sine cantu persequendo diffusius que sub isto para
grapho continentur. vel fieri potest inuitatio post duos vel plures pa
graphos prout predicatiois discretio visus fuerit expedire. Item sci
endum quod ubi multa ponuntur ad eandem materiam pertinentia non ad
hoc ponuntur ut multa in eodem sermone dicantur. sed ad hoc ut in
diuersis sermonibus occurrente illa materia accipiat qui voluerit
de illis aliquid quod suo processui viderit expedire. Vbi vero aliquid
minus plene dicitur. relinquitur arbitrio predicatiois ut illud diffusius
persequatur secundum scientiam et gratiam sibi datam. Item sciendum quod inuita
tiones ponuntur cum numero ut si aliquid de his que dicuntur in prophetis
premissis ad illas necesse fuerit insequentibus possit ad precedentes
remitti ipsis subiecto numero assignatis vel extra. Item huic operi
preponuntur tituli sub numeris ut sciatur materia et quod queritur
per numeros facilius inueniatur.

¶ Thema commune ad totum opus secundum Capitulum.

Ancus sanctus sanctus dominus deus exercituum **Esaię. vi.**
Sppheta sanctus **Esaias** in raptu beato in quo vidit
regem glorie sedentem in solio suo assistentibus angelis
sibi. Inter alia multa gloriosa que vidit. audiuit etiam beatos an
g

gelos in eius laudem clamantes. dicentes. Sanctus scilicet scilicet etc.
 Relinquit autem ex hoc verbo quod ipse rex glorie habet exercitum non unicum
 sed multos. quia exercitum in pluri et non exercitus in singulari dicitur
 Relinquit etiam quod eius exercitus nihil habeat iniquum. quod enim di-
 ceret Sanctus scilicet etc. si iniquitatem in suo exercitu sustineret.
 Relinquit etiam quod exercitus eius singulari prerogativa super omnes alios
 exercitus sublimatur. quod dicitur non hominis vel angeli cuiuscumque sed ipsius
 dei viventis. cum dicitur dominus deus. Circa primum nota quod rex iste rex
 glorie habet unum exercitum scilicet creaturarum pure spiritualium scilicet angelorum
 sanctorum. qui pugnavit pro eo ab initio mundi contra spiritus malignos
 et pugnavit quousque omnino sint devicti. habentes pro duce michael
 archangelum. Apocalipsis. xij. Factum est prelium magnum in celo
 michael et angeli eius preliabatur cum dracone et dracone pugnavit
 et angeli eius et non valuerunt. neque locus inventus est eorum amplius
 in celo. Et proponit de celo ecclesie exemplum habet Jude primo
 ubi dicitur michael cum dyabulo de corpore moysi disceptasse. cuius in-
 tellectum si vis scire respice glosas. Item habet alium exercitum para-
 tum in tempore suo ad pugandum contra inimicos eius. homines impios fina-
 liter damnandos scilicet universitatem machine mundialis quo ad cre-
 aturas ratione carentes. Si enim rege herode crudeli et odioso turba-
 to tota Ierosolima que ei suberat turbata est cum eo. sicut dicitur ma-
 theo. quanto magis pervenit ut regi glorie piissimo et amabili nimis
 ostendente iram suam contra impios in die iudicii. tota machina mun-
 dialis ei se conformans excandescat contra illos. Ideo dicitur Sapientia. v.
 Pugnavit cum illo orbis terre contra insensatos. Item habet exerci-
 tum alium scilicet hominum. ex utraque natura plantatum non quousque sed fide-
 lium pro eo pugnantem contra infideles. qui vere dei exercitus appel-
 latur. Vnde. i. regum. xvij. ca. Quis est iste philestiens circumcisis
 qui exprobrauit acies dei viventis. Erim huius belli habemus in
 hebreis qui ex quo ascenderunt de Egipto quousque fuerant populus
 dei quasi semper habuerunt bella cum infidelibus impugnando eos vel
 expugnati ab eis sicut patet sacras hystorias legenti diligenter.

prima in **E**cce dilectissimi sicut colligitur ex diversis hystorijs iam sunt
 vitatis. plus quam sexcenti anni quod ille ribaldus Machometus cum gente sua
 cepit inire bellum contra christianitates. et in tantum prevaluit peccatis

nostris exigentibus q̄ dominū nostrū ihesum christū a quo dici
mur christiani. qui adorabatur & colebatur in partib⁹ orientis que
dicit Asia maior tertia videlicet pars habitabilis et quasi media pars
sine quantitate. Expulit inde fere de oī loco. loca sancta ip̄ius
oīa p̄phanavit seruos eius innumerabiles trucidavit. Deinde to
tam Africanam que est pars tertia in qua erat ep̄atus quadringenti
& quadraginta quatuor sine Cronicas occupavit gens eius adeo
q̄ nō dicit̄ mō ibi esse ep̄us nisi vnus circa marrochiū qui p̄est
paucis tributarijs ip̄ianis. Deinde mare mediterraneū transiens
in Hispaniam que est in Europa tertia videlicet pars habitatiōis
humane in qua nos sum⁹ inestimabilia mala inulit ip̄ianis ha
bitatiōis eiusdem p̄transiens vsq̄ circa Francie regnū. Et licet
repulsa fuerat gens illa per Karolū & p̄ Francos a Francia & eius
vicinia. tamē adhuc partes magnā Hispanie detinet occupatā.
Porro christianus exercitus olim ad terrā sanctam cuius desola
tio magis nos debet tangere. transiens & maximā partem ip̄ius
recupavit sed varijs infortunijs sic paulatim iā fere totam ami
simus. q̄ nō remanent nobis ibidem loca nisi pauca valde. De
his autē paucis que nuper amisimus castrū q̄ dicitur Sapheth
In quo duo milia ip̄ianorū erāt dicitur. in fide tamē cōstantium
crudelitate saracenicā pempti sunt. Castrū vero istud in terra &
longe aliquantū a locis maritimis situm erat ad marimū muni
mentū locorū aliorū paucorū que nobis solū circa maritimā remā
serunt. Unde mō saraceni venire possunt vsq̄ ad ciuitatē Iacho
nensem. nullam munitionē ip̄ianis habentibus inter ip̄os & ciui
tatem predictā. Proinde fratres nostri ip̄iani in tanto discrimine
cōstituti. & attendentes q̄ diu tenere nō possunt loca illa pauca
que remanserunt in maritimis sine auxilio festinato. et videntes
q̄ ex nulla parte potest ei venire auxiliū nisi a nobis qui sumus
circa mare ab occidente. cū a dextris sine eis Egiptij. ab austro.
a sinistris greci. ab aquilone & alij multi scismatici. & ab ante ad
orientem tartari. ad dominū papam & magnates. & alios ip̄ianos
recurrunt periculū christianitatis quod apud eos iminet corde
nunciantes amaro. et festinū subsidium postulantes p̄pter hoc
ex parte domini pape per diuersas mundi partes. nunc multi ee

diferſi predicatores crucis celeriter diriguntur & in tanta neceſſi-
tate accingantur viriliter chriſtiani in ſubſidiū fidei chriſtiane.
Huius igitur auctoritate nos hortamur et obſecramus illum qui
in bello crucis fuit pro nobis mortuus. ut vos attendētes quomō
ut predictum eſt ſancti angeli pugnant inceſſanter pro deo ſuo cō-
tra inimicos ipſius. quomō etiā omnis creatura inſenſibilis hoc
idem facere eſt parata. qualiter etiam iudei c quando fuerāt dei
populus hoc fecerunt quaſi continue contra hoſtes dei videlicet
infideles. Ideo preparātes vos ad ſuccurrendū fidei chriſtiane.
& armantes vos armatura dei cruce videlicet quā vobis offerim⁹
ōmni occasione remota deuote & celerit veniatis Cantus Veni
creator ſpiritus etc. Qui igitur benedictionem dei deſiderat. qui
ſocietatem angelorū amat. qui ad incorruptam coronam ſuſpirat.
veniat & crucem accipiat. & hec omnia conſequetur. Circa ſcōna
nota quod quedam ſunt bella iniuſta. Iudiciū. xi. Iudiciis mihi bel-
la iniuſta. Sunt autem tria que maxime faciunt bellū iniuſtum
Primū eſt quando impugnantur innocentes ſicut fit pro chodolor
in guerrens noſtri temporis. nō ſunt milites & domicelli nſi ſicut
beatus Mauricius & tota legio ſua. qui magis elegerunt decapī-
tari quā domino ſuo impatori obedire in pſecutione chriſtianoꝝ
innocentium. Ipſi vero quandoq; domino ſuo non iubente pau-
peres agricolas innocentes deſtruunt hospitalia & etiaꝝ leproſo-
ria inuadūt. eccleſias violant. & principales dños nō tangentes
in innocentes ſuam crudelitatem exercent. Nō ſic eſt in iſto do-
mini exercitu. gens enim ſaracenicā cōtra quā dirigitur ſumme
culpabilis eſt contra totam chriſtianitatē ut patꝝ in inuitatiōe
p̄miſſa et ex pſalmo in quo eccleſia deo conqueritur de eis dicēs.
Deus venerunt gentes in hereditatem tuam polluerūt templū
ſanctum tuum. Secundum eſt quando fit ex cauſa minus bona.
ſicut fit heu a multis hodie qui vel ex ſuperbia. vel ex auaricia. ut
vana gloria cōtra alios p̄liantur. non ſic in iſto exercitu ſed pug-
natur pro ſumma iuſticia ſc̄z iuſticia fidei. Si enim bellum quod
fit. pro deſenſione rerum vel corporū ſm omnes eſt iuſtum. quanto
magis illud quod fit. pro deſenſione fidei in qua eſt ſalus animarū
Ideo bene dicitur prime ad Thimoteū. vi. Certa bonum certa

men fidei id est certamen fidei quod non est malum sed bonum. nec timeas inde mortem inferni incurrere sed potius speres certitudinaliter et hoc vitam eternam. Unde sequitur apprehende vitam eternam. Tercium est quando fit sine auctoritate. Non enim licet cuilibet p voluntate sua mouere bellum. Sicut faciunt multi in damnationem animarum suarum. Porro bellum illud habet auctoritatem. Nō solum a iure humano sed a diuino Nō solum ab ecclesia sed ab ipō deo loquente per Moysen et dicente Exodi. xvij. Bellum dei erit contra Amalech a generatione in generationem. Et Deutro septimo. Cum te introduxerit dominus in terram quā possessurus ingredieris. et post percutes gentes vsq; ad internitionem. nec in his sedus cur eis. nec misereberis earum. Et dicantur ibi gentes ipi infideles. Patet ex his q; dominus deus exercitus bene dicitur rex Sanctus. quia suus exercitus fidelium s; non est contra fideles innocentes. sed contra summe nocentes. non ex causa irrationabili sed summe rationali. nō sine auctoritate sed cur summa auctoritate. Et ideo bellum eius vere est iustum. Unde Apocalipsi. xij. dicitur de ipō cū iusticia iudicat et pugnat. Notandum vero q; bellum iniustum est via ducens ad infernum. Unde de exercitibus tale bellū dicit Eschielis. xij. Descenderunt ad infernum cum armis suis. Bellum vero istud iustissimum. quod fit ppter filiū dei. et ad exhortationem verbi diuini ducit ad celū. Unde Apocalipsi sexto. Vidi subaltare animas interfectorū ppter verbum dei. Et expo Scda in nitur de veroq; verbo. ¶ Ecce videtis charissimi. quo ducant uitatis. bella mundi vt frequenter iniusta videris. et quo ducat bellum christi iustissimum. Mouet multos ad bella mudi amicitia seculari. moueat vos ad istud amicitia christi. mouet alios ad illa bella vane fame gloria. Moueat vos ad istud celestis patrie gloria. Mouet alios ad illa vite presentis corporalis necessitas. quia non habent aliud vnde viuant. Moueat vos ad istud propriarum animarum necessitas. Per alia bella dyabolus multos trahit ad inferos. vos autem p istud trahere dñs conatur ad celos.

Promitto enim ex parte dei patris et filij et spiritus sancti omnibus
ad exercitum istum accedentibus. si corde digno contrito et confessi
in eo morari fuerint. illud regnum celorum quod nobis dominus acquisi-
uit per crucem. Et de illo vos investio per crucem quam vobis
porrigo in presenti. Venite ergo et nullus rennuat recipere tam glo-
riosam investituram. et tantam firmitatem ad regnum gloriosum ce-
lorum. Circa tertium notandum quod exercitus iste qui non est hominis
mortalis sed dei viventis habet tres prerogativas. Prima surgit
ex benedictione divina. non enim est maledictus vel excommunicatus
sicut quidam alij sed benedictus. Unde numeri. xiiij. de exercitu do-
mini contra balach infidelem et suos congregatos. dicit dominus
Balaam. Ne maledicas populo huic qui benedictus est. et poterit
hic (narrata hystoria dici) quomodo Balaam non potuit induci
precio vel prece vel timore regio ad maledicendum illi exercitui
domini. sed potius spiritu dei in se loquente ter benedixit dicens
in figura Numeri. xiiij. Qui benedixerit tibi erit benedictus. qui
maledixerit in maledictionem reputabitur. quod si hac verum est de
illo exercitu contra balach. quanto magis de exercitu christiano
contra saracenos. Cum ex utraque parte plures rationes concur-
rant scilicet christianorum et saracenorum sicut patet diligenter intuenti.
Secunda surgit ex societate angelica. dicit siquidem quartus regum
sero. quod cum exercitus regis Syrie obsedisset Dothaim civitatem
propter heliseum prophetam qui erat in ea. et minister eius mane
consurgens. videns exercitum exclamasset dicens heliseo. heu heu
heu domine quid facimus. respondit heliseus. noli timere plures
enim nobiscum sunt quam cum illis. Cumque orasset heliseus ait. Do-
mine aperi oculos pueri huius. et vidit. et ecce mons plenus equorum
et currus et virorum in circuitu helisei. quod de exercitu angelorum
exponit. Unde secutus est quod et ipse liberatus est et ipsi capti. Item
Josue. v. legitur quod cum esset in agro visus Jericho levavit ocu-
los et vidit virum contra se stantem et evaginatum gladium te-
nentem. id est angelum in specie viri. perrexitque ad eum et dixit.
Voster es an adversariorum. Qui respondit. Nequaquam sed sum prin-
ceps exercitus domini. Et sicut dicit Magister in hystorijs. in-
struit eum de modo capiendi Jericho. ex quibus duabus hysto-

rijs colligitur. q̄ in illis exercitijs antiquis fidelij contra in-
fideles. adiungebant se angeli vt socij. ⁊ vt duces. ⁊ vt adiutores.
et vt ductores in bellis. quod si verum est de illis tunc temporis
quanto magis credendum est de exercitu christiano p̄ christo
crucifixo pugnante. et ip̄m in bello sequente. Et ideo bene dicit̄
Apocalipsis. x. de filio dei. Vestitus erat veste aspersa sanguine
et exercitus qui sunt in celo sequebatur eum sc̄a in bello. quod est
suum. Tercia surgit ex remuneratiōe excellenti que est premiuz
celeste. Vnde Leo papa. xiiij. q. viij. Omni timore et terrore
dempto p̄ra inimicos sancte fidei agere viriliter studere. Nouit
enī oipotēs si quilibz nim moriat̄ q̄ p̄ veritate fidei ac saluanda
patria ⁊ defensione christianoz mortuus est. iam a deo premium
celeste cōsequetur. ¶ Ecce iam patet charissimi q̄ adiungētes
se isti exercitij domini. benedicti erūt a domino. socios habebūt
angelos. premium eternum in fine recipiunt. Multi libentius
exponunt se p̄ pugne quando benedicunt a papa vel ab alijs vices
eius gerente. quanto magis debz ad hoc mouere benedictio diui
na. Multos mouere solet magnatū multoz societas ad adiūgen
dum se exercitui eorundem. quanto plus mouere debet hic illa so
cietas celestij angelorum. Volunt aliqui in certaminibus hasti
ludicij vel to meamentozū interesse libentius. ac viriliter agere
vt lucent cum fama capellum cum floribus. vel accipitrem vel
aliud huiusmodi. quod in fine datur melius decertanti. quāto ma
gis hic mouere debet p̄mium sempiternū in fine repositum bene
decertanti. Qui igitur benedictionē diuinam habere desiderat.
qui societatem angelorum amat. qui ad eternam coronam suspi
rat. veniat et crucem istam accipiat. per quam largiente deo
hec omnia consequetur.

Tercia
inuita
tio.

De triplici suffragio fiendo terre sancte
Capitulum tertium.

Est hec notandum q̄ postiqz predicator fecit quod
p̄ potuit bono animo ad cruce signandum homines in
aliquo loco et iam nō sperat q̄ circa hoc plus possit
p̄ficere. debet inducere auditores. vt qui corporaliter non vadiunt
saltem iuxta negotij. mittendo aliquid de bonis suis ad quod

potest pcedere per simplicem ammonitionem. vel si videatur ex
pediens facta admonitione potest inducere. vt qui proponunt
aliquid mittere. sibi post sermonem loquantur et propositum suum
declarent. in quo cauendum est simplicibus ab indiscretis obli-
gationibus vel promissis propter periculum transgressionis. In
ultimo vero sermone circa finem inducendi sunt auditores. vt qui
nec in propriis personis nec de bonis propriis subueniunt. saltem
verbo orationis subuenient terre sancte. Et sunt quedam oratio-
nes modo rogatorio pro ipso negotio imponende. Ad ista supra di-
cta potest sic pcedere. Ecce charissimi negotium hoc est totius
christianitatis. et ideo nullus christianus se debet subtrahere qui
presterit auxilium qualecumque sibi posse suum. Est autem triplex ge-
nus auxilij. Primum est corporale scilicet illorum qui vadunt in propria per-
sona. Secundum est reale scilicet illorum qui de propriis rebus mittunt.
Tercium est verbale scilicet illorum qui iuuant verbo orationis. Bo-
num est vltimum. sed secundum melius. primum vero optimum. Sunt
autem tria que debent ad primum inducere. et tria alia ad secundum
et alia tria ad tertium. Circa primum notandum quod nos tenemus
corpus a domino tanquam in feudum. quia ipse formauit illud et de-
dit nobis. Et ideo sicut miles tenetur feudum exponere pro domino
a quo tenet illud in tempore necessitatis. ita et nos corpus pro do-
mino hac ratione motus tertius septem fratrum ligam postulatus
preulit. et manus constanter extendit et cum fiducia ait. Et celo
ista possideo sed propter dei leges hoc ipsa despicio. i. Machabe-
septimo. Item dominus dedit corpus suum inestimabilis valoris
pro nobis morti. quanto magis tenemur nos corpus nostrum vile
pro ipso labori et morti etiam exponere. Qui enim magni serui-
cium recepit tenet multo magis minus exhibere. Bernhardus.
Iuste meam sibi vendicat vitam qui pro mea posuit suam. Item
domino omnibus exponentibus corpus suum pro ipso reddit me-
lius incompatibiliter. Et ideo propter istam spem audace est expo-
nendum istud vile pro ipso. Exemplo sanctorum de quibus dicitur
Ihebre. xi. Non suscipientes redemptionem vt meliorem inueniret
resurrectionem. sicut miles non formidat equum malum exponere
pro domino a quo sperat recipere deputatum. Corpus igitur proprium

debemus in isto christi seruitio et labori et morti exponere et ratione
seculi et ratione retributionis et ratione melioris restitutionis. Circa
secundum notandum quod ad dandum questuariis solent quique mouere
magnitudo indulgentie. sed hic est multo maior quique conditio
loci. pro quo predicant sed hic est melior illa enim est particularis videlicet
pro vno tali vel pro tali parte vel ecclesia. sed hic est vniuersalis vi-
delicet pro tota christianitate quoniam totam tangit istud negotium.
quique pietas ut cum sit questus pro infirmis vel leprosis vel arden-
tibus. hic autem est maior. quia illa est corporalis hec autem spiritualis.
quia per has elemosinas subuenitur fidei. qua pietate pereunt
anime innumerabiles. qua ipsa stante saluantur. Et nota quod Esdras
primo dicit de adiutorio quod fecerunt iudei remanentes in Ba-
bilonia iudeis ascendentibus in Jerusalem. ad recuperandas eam
sic vniuersi qui erant in circuitu adiuuerunt manus eorum in vasis
argenteis et aureis in substantia. supellectile et iumentis. Si autem
tantum auxilium et tam diligenter fecerunt iudei remanentes iudeis
euntibus ad recuperandum Jerusalem antequam deus tota mirabilia
fecisset in illa regione pro salute nostra. quid nos christiani debemus
auxilium impendere christianis pergentibus ad liberationem terre
istius sancte post tota et tanta mirabilia ibidem pro nobis a deo facta.
precipue cum huiusmodi elemosinarum subsidia tantas habeant in-
dulgentias ut non vni loco sed toti christianitati sunt. et tam va-
lidas rationes habeant ad operandam pietatem. Circa tertium
notandum est quod orationes facte pro exercitu fidelium multum va-
lent ad triumphandum de infidelibus. Unde Iudith. que trium-
phauit de Holiferne et exercitu eius. vadens ad eos summe petiit
orationes dicens. Iudith. viij. Usque dum renunciamus vobis nihil
aliud fiat pro me nisi oratio ad dominum nostrum. Item cum le-
uaret Moyses manus scilicet in oratione vincebat populus Isra-
hel populum infidelem Malechitarum erodi. vij. Item orante
ecclesia liberatus est Petrus de manu Herodis infidelis et de oi-
perpetuitate iudeorum infidelium. Actuum. xij. Proinde sperari potest me-
rito quod orationes multum profint contra infideles. Et ideo ordinatum est
aliqui ut in ipsa hora sacrificiorum summi spiritualis fiat oratio cum psalmo.

Deus venerunt &c. in quo dicitur Introeat in conspectu tuo do-
 mine vltio sanguinis seruoꝝ tuoꝝ &c. pro exercitu christiano con-
 tra saracenos directo ab ecclesia militante. cōformante se in hoc
 triumphanti. in qua dicunt anime interfectoꝝ ab infidelibus
 ppter verbū dei. vsq; domie sanctus & verus nō vindicas sangui-
 neni nostrū et nō vindicas de his qui habitant in terra. et debet
 quilibet qui aliud nō potest saltem pro isto negotio aliquas ora-
 tiones facere speciales nō solum ppter fructū benedictū sed vt
 etiam meriti & indulgentiarum particeps efficiatur. Sateor me
 ppter fiduciam istam motum ad compilandū presens opusculū
 quod in aliquo valere potest crucem predicantibus. quia in late-
 ranensi cōsilio participes sunt indulgentiarū omnes qui ipi ne-
 gotio auxiliū impenderūt sū subsidij quantitatē. Ad habendū
 igitur copiosiore materiam ad predicandū de cruce pdicta. vi-
 dendū est. Primo de rōne crucis imponende pergere volentibus
 in subsidium terre sancte. Secundo de priuaria inuentōe huius
 crucei iuatiōis. Tercio de motiuis ad crucē suscipiendū. Quar-
 to de remedijs cōtra impeditiua eiusdem. Quinto de consolatio-
 nibus huiusmodi peregrinoꝝ. Sexto de diuersis vbis sacre scriptu-
 re que pponi possunt in huiusmodi predicationibus. Septimo
 de his que predicatori crucis necessaria sunt ad officij istud lau-
 dabile peragendum. Octauo de necessarijs ipsis crucisignatis
 ad votum suū digne cōplendū. Circa ratiōnē crucis imponen-
 de pgentibus in subsidij terre sancte notandū est. Primo quare
 signū crucis talibus imponitur. Secōdo quare i humero. Tercio
 quare in humero dextro. Quarto quare hoc fit publice. Quinto
 quare de manu ecclesiastica. Sexto quare nullus ad hoc cogitur
 sed solum voluntate inuitatur.

¶ Quare cur imponit peregrinantibus in subsidij
 terre sancte. Capitulum quartum.

Vantū igit ad primū notandū est q̄ sicut est quedā
 pegrinatio sanctorū ad quā mouet deuotio illos ita est
 crucifixa quedā pegrinatio mouēs ad orādū i loco vbi
 steterūt pedes ei⁹ & ad osculandū vestigia pedū ei⁹. & ad videndū
 beatissima loca natiuitatis pueris passōis sepulchris ascesis ipi⁹

Quod aut talis peregrinatio futura esset in xpianitate pphetata
fuit p Esaiam dicentem, Esai. li. Qui redempti sunt a dño scz
xpiani reuertent scz a peccatis ad dñm r veniet in sion laudates
r leticia sempiterna sup capita eoz scz in intentibus eoz. quia
ppter illud sic faciet r nō fraudabunt. vñ sequit gaudiū r leticiaz
obtrinebūt r fugiet dolor r gemitus. Hec est felix peregrinatio quā
subeunt crucisignati. et ideo imponit eis crucis signū ad ostēden
dū q nō sint peregrini cuiuslibz sancti seu apli seu martiris seu cō
fessous seu vginis. sed q mai⁹ est ipius crucifiri. Item maiores
inimici quos vnqz habuit crux xpi sunt saraceni. Iudei em̄ qui
crucifixionē pcurauerūt licet credere noluerūt in crucifirū. tñ nō
mouent arma ptra crucis cultores. gentiles etiā romani qui pse
cuti sunt crucifixionem. postea in tantū satisfecerunt q r crucem
adorauerūt r ad subiugandū mūdū crucifiro multū iuuerūt. Sar
raceni vō pessimi licet in multis pcedēt nobiscū de p̄tinentibus
ad laudem xpi. tñ nō intelligentes crucis misterii. sed istud sicut
porci vilissimi pculcates. p̄stiteri q dei filius fuerit crucifixus repu
tāt fatuitatē r obprobriosuz matestatū diuine iuxta illd .i. Cor. i.
Nos pdicam⁹ xpm crucifirū gentib⁹ stulticiā. r id crucē detestā
tes nō cessauerūt a sercentis annis r. lr. r pl⁹ om̄issis iudeis r ido
latrib⁹ trucidare cultores crucis. psequētes eos nō solū in Asia r
Africa. sed etiā in Europa vsqz ad pres Gallicanas sicut patz
in historia Karoli. Rursus crucifigentes id ē varijs cruciatibus
affligētes filiū dei in mēbris suis r ostentui habentes ipm cruci
firū sicut dī hebr. vi. Verū gloriosissima crux dñi que peuntib⁹
stulticia est his q salui sūt. i. nobis xpianis v̄tus dei est. sicut dī
p̄ie ad Chou. i. Et ideo sicut dicit Rabanus. Ipa est spes xpia
noz. Bene ergo pgressuri xpiani cū saracenis pōnētes spem vi
ctorie non in multitudine vel potencia armorum vel industria.
sed in ipa cruce per quā nobiliter triumphauit. crucem accipiāt
r erigant contra saracenos exemplo Constantini Imperatoris.
qui dimicatur⁹ contra infideles signū istud in vexillo r in armis
militum suorum fecit poni ppter spem victorie. de qua dixerant
sibi angeli apparētes in visione ostensa signo illo. in hoc vinces.
sicut habet extripta r ecclesiastica historia. poro ad huiusmōdi

spem de victoria habenda de saracenis virtute crucis. multū con-
fortant que tam euenerūt Inter que est illud qđ dicit in historia
transmarina de capris e Jerusalem ibi siquidem scriptū est qđ cū
Godofridus de bello cū suis longo tpe obsidisset Jerusalem qua
dā ferta feria hū cū accensis animis inuocato dei ⁊ crucis adiuro
rio muros ascenderūt. ciuitatem ceperūt. ⁊ innumerabiles sara-
cenos occiderūt. Itē notandū qđ qđ diu homo ducit vitā pecca-
tricem: est sicut templū ydolorū plenū varijs ymaginibus demo-
niacis sez peccatis. cū vō relictis peccatis vult homo seruire in
penitentia fit templū dei. iuxta illud. Templū dei sanctū est qđ
estis vos. i. ad Corin. iij. Cū vero templū ydolorū in templū dei
pstituit ponunt ibi cruces ad exemplar eius qđ dicit in vita bea-
ti apli Bartholomei qđ cū ipse templum in quo fuerat ydolatria
consecraret. apparuit angelus qui p quatuor parietes templi di-
gito crucis signū impssit. Quia ergo pgere volentāt ad seruitium
terre sancte corde cōtrito ⁊ relictis peccatis veniāt ad seruitium
Ihesu xpi in imponit eis signū crucis tanqđ in templo denouo
dño cōsecrato. ¶ Ecce videtis charissimi qđ ista crucisignatio
est pegrinatio crucifiri. et in huius signū dat crux. Item est col-
lectio cuiusdam exercitus ptra inimicos crucis summos. ⁊ ideo in
spem victorie crux portatur. Item est quedā cōuocatio ad dedi-
candū se seruitio ihesu xpi. ⁊ in dedicatōib⁹ solent cruces apponi
Qui vult ergo esse pegrinus crucifiri. qui vult p crucifiro cōtra
inimicos crucis insurgere. qui vult relicto dyabulo se ihesu cristi
seruitio dedicare. surgat ⁊ veniat ⁊ accipiat crucem istam cantus
Item ad idem alio mō sic. inter oia que cor humanū plus debēt
accendere ad amorem dei. est crucifiro passiois xpi quā p nobis
sustinuit. Bernhard⁹. Sup oia reddit te mihi amabilem bone
ihesu calix passionis quā p me bibere voluisti. Hic ē calix inebri-
ans amore sancto. quo inebriatus Petrus apl⁹ Romam redijt
vt crucifigeret. Hic inebriatus Andreas ad crucem sibi paratam
cucurrit. Hic inebriatus Paulus continue erat in cruce propter
xpm sūm illud ad Galla. ij. Cristo crucifirus sim cruce. Et qui-
bus patz qđ crux xpi per amorem quam ingerit mouit sanctos ad
cruceis mortificationem p xpo sustinendam. et hoc est etiam qđ

Quar-
ta inui-
tatio.

mouet peregrinos nostros ad exponendū se morti p̄ xp̄o. et ideo accipiūt iuste ⁊ portant crucem quasi dicerent ad istum laborem subeundū mouet me gloriosa crux dñi nostri ihesu xp̄i. Item vt dicit̄ repitur in gestis arcturi q̄ fuit et consuetudo q̄ de facill nō comedabat in curia sua quousq; aliqui rumores fuissent delati ⁊ ecce die quadaz cū esset in locis marinis curia eius suspensa ad rumbos. quedā nauicula siue gubernatore veniens applicuit ad litus. cū autē illuc cucurrissent milites inuenerūt in illa quēdam militem iacentem vulneratū ⁊ cūentatū. cū autē inspicerent ⁊ viderent bursam eius. ip̄a apta inuenerūt litteras in ea in quibus defunctus ille p̄querebat. ⁊ petebat iusticiā ab illa curia. de quibusdam ibi notatis qui eū innocentē sic tractauerūt. quib; lectis publice corā oibus de curia aiati sunt omnes ad sumendū arma in vltionem innocentis militis sic tractati. Quid ergo debet facere tota xp̄iantratis multitudo in vltionem inimicorū dñi sui innocentē crucifiri ⁊ in nauicula crucis vulnerati ⁊ lanceati ⁊ cūentati ⁊ clamantis vniuersē terre illud Job. xvi. Terra ne opies sanguinem meū ⁊ locū latandi nō inueniet in te clamor meus clamor in q̄ sanguinis melius loquentis p̄ vindicta quam sanguis abel sicut dicit̄ Hebre. xij. Qui ergo volūt crucifiri iniurias vindicare. iuste crucem accipiūt quia crucifirio pietatem humanaz ad hoc debet munire. Item sicut cruces ponunt in vijs ad ostendendā viā rectā ita dñs ordinauit q̄ p̄ cruciatos passionū. post eū in regnū celeste p̄gatur. et ideo dicit̄ Mathei. viij. Qui vult venire post me sez in paradysum tollat crucē suā ⁊ sequat̄ me sez per viā passionis ⁊ tribulationis. qui ergo nō formidat̄ exponere tribulationibus ⁊ tormentis se p̄itis itineris in hoc q̄d p̄ hoc ad celū transeant bene crucem accipiūt. q̄ hec est viā directa ducēs in celum. ¶ Ecce patz dilectissimi q̄ crux dat̄ peregrinis nostris in signū q̄ xp̄i crucifirio que mouit sanctis ad sustinēdū mortem pro xp̄o. mouit eos ad exponendū se laboribus istis p̄ xp̄o. Item in signū q̄ mouet eos crucifirus clamās voce sanguinea ad v̄dicandū stumelias sibi factas. Item in signū q̄ sunt in viā paradisi. Quis obsecro est in vobis qui motus sit ad subeundū laborem istū p̄ crucifiri amore. Quis est qui velit eius iniurias. p̄ posse

Quinta
iuitatio.

suo vindicare. Quis est qui directe ire velit in paradysum. veniat
quicūq; talis est et accipiat crucem istam Cantus. Item ad istas
alio modo sic. Sicut populus iudeorum habuit caracterem circumci-
sionis quo distinguebat ab alijs nationibus. ita habent serui cristi
signum distinctiuū eorum a seruis dyaboli scilicet crucem. populus dya-
boli inde est in gaudio et voluptatibus. veri autē serui sunt et afflicti et
in cruce. Vñ ad Galla. v. Qui christi sunt carnem suā crucifixerunt
Bene ergo pāntibus se ad speciale et amabile seruitiū ihesu christi.
in subsidiū terre sancte reponit signū crucis: ad ostendēdū quod ipsi
sunt specialis eius familia. eius signaculo insigniti. distincti ab
alijs qui in diaboli seruitio p̄seuerant. Item signū crucis specia-
lem habet virtutem contra temptatiōes dyabolicas vitiorū. vñ refert
beatus Augustinus quod cū quidam magus adamasset iustitiā vir-
ginem et illa nullis modis induci et flecti posset ad eius concubi-
tū Cyprianus tūc incantator ad cuius auxiliū ille p̄fugerat. aduoca-
tis diuersis demonibus mittebat eos in specie diuersarū personarū
ad illas successiue ad inducendū eam ad assentiendū viro p̄dicto
Cū autē illa sentiret se in aliquo moneri ad eorum verba. statim signa-
uit se signo crucis. et illi sicut fumus euanescebat. Origenes dicit
tanta est virtus sedule meditatiōis crucis christi quod si in corde fideliter
teneatur p̄tinuo ad eius memoriā omnis dyaboli fugat exercitus
Si autē tūc valet quā est in solo corde. quanto magis valere debet
si nō solū in corde sed etiam in corpore cum deuotiōe debita insiga-
tur. Ecclesia ergo bonis istis peregrinis crucem insigit ut eius
virtute p̄tegent ab omni temptatiōe dyaboli eos impellente in
peccata antiqua. Item dyabolus solet venire in hora mortis ad
animas cruciandas sed ecclesia p̄mittit peregrinis istis quod si in isto
itinere moriantur nec mortiferā inferni penā nec etiam purgatoriū
sentiant Bene ergo imponit eis signū crucis quia ipsa est que cohibet
ab huiusmodi potestate. Ezechie. x. Omne autē sup̄ quā videritis
Sexta i thau ne occidatis. Ecce p̄ quod crucis signo signant peregrini isti
vitatio. beati in signū quod sunt vere populus ihesu christi et in munimē contra
tentatiōes vitiorū in hoc seculo. et in defensionem malorum spirituum
in futuro. Qui ergo voluerit se ostendere de familia christi quod etiam
voluerit corroborari contra tentatiōes presentes. et qui voluerit

evadere penas futuras. veniat et accipiat signum crucis. Cantus.

Quare crux portatur in humero. Capitulum quintum.

Tercia secundum notandum quod interdum portatur in humeris propter recompensationem. sicut quoniam duo socii sunt in via et unus portat una die capam vel aliquod aliud onus alterius in humeris suis. alia die alter portat similiter onus alterius. sic faciendum est de cruce. Dominus. Si quidem portavit in humeris suis crucem nostram id est peccatis nostris debitam in hac via. Johan. xii. Et baiulans sibi crucem exiit in civitatem qui dicitur calvarie locus. Iustum est ergo ut nos crucem suam in humeris nostris propter ipsum portemus. non solum habentes eam in corde per fidem. vel in ore per professionem. sed et in corpore per penitentiam sustentiam. Exemplo pauli qui dicit ad Gallat. ultimo. Stigmata passionis Domini nostri Iesu Christi in corpore meo porto. Item interdum portatur aliquid in humeris propter pondus. sicut pauper mercator portat cum baculo fordellum suum in humeris suis. sic portavit Dominus pondus peccatorum nostrorum cum ligno crucis in humeris suis. i. Petri secundo. Qui peccata nostra tulit in corpore suo super lignum. Fideles igitur peregrini digne portant crucem in humeris suis. quasi dicerent. Sicut Christus peccatorum meorum onus portavit cum ligno crucis propter me in humeris suis. ita et ego onus crucis istius assumpsi mihi propter eum secundum illud. Mathe. xi. Tollite iugum meum super vos. Quis enim possit negare. quin assumptio crucis sit quoddam iugum onerosum. Item interdum aliquid portatur in humeris propter honorem. sicut olim portabatur archa Domini in humeris. et in processibus christianis portant corpora sanctorum in humeris fidelium. et rex Francie dicitur propriis humeris portasse sanctas reliquias corone. et crucis Domini in sua capellam. Sicut fideles cruce signati volentes crucem Domini cuius precio sunt redempti honorare pro viribus et glorificare Dominum in corpore suo secundum preceptum Apostoli. Portent signum eius in humeris ad honorem Christi. Exemplo de beato Luca de quo dicitur in cruce mortificationis iugiter in suo corpore pro dei honore et amore portavit. Sunt ergo tria propter que istud signum portatur in humeris. scilicet propter recompensationem et propter oneris indicationem et propter Christi honorem. **E**cce Invita charissimi veniet ipse et cito veniet quando filius dei ventet ad nos. vij.

B

iudicium. et cum alijs insignijs passionis sue apperebit signum crucis
eius. sicut habet ex ewangelio. Et videbit eum ois oculus. et audiet
ex pbrationem passionis quam faciet dicens facture sue scilicet homini
Quid ultra potui tibi facere. Felix qui poterit tunc gloriari et dicere
Domine tu portasti crucem propter me de iherusalem versus locum caluarie qui
erat prope. ego vero portavi propter te de terra mea valde longinquam pro
mare pro terras. inter hec et illa picula. tu domine portasti onus peccato
rum meorum cum ligno crucis. et ego propter te assumpsi mihi onus non
crucis. onus inquam qualecunque et si non tamen quam tuum. tamen cum multis ex
pensis et laboribus et piculis pagendum. Tu domine passionem sustinui
istam propter me in portando crucem tuam benedictam. ego autem honora
ui et glorificavi te pro posse meo portando eam in hincis meis coram
saracenis et coram gentibus uniuersis. Felix qui nunc disponit ser
mones suos sicut in iudicio. Qui igitur sic vult disponere. veniat
et accipiat crucem istam benedictam. Cantus.

Quare crux ponitur in humero dextero Capitulum sextum.

Circa tercium notandum quod quidam sunt qui accedentes
ad crucem et eam portantes adhuc remanent in peccatis
suis minus bene penitentes. Isti sunt sicut malus latro qui
cum domino crucifixus est. sed impenitens. et ideo licet in cruce moriens.
tamen iure ad infernum. Alij vero sunt qui crucem sumentes peccata di
mittunt et digne penitent. et isti sunt sicut bonus latro qui cum ipso cru
cifixus et penitens. ipsa die cum ipso fuit in paradiso. et tales debent boni
esse crucisignati. et ideo ponitur eis crux in dextera parte que in scriptu
ra sacra bona signat. et non in sinistra que mala signat. ut per hoc in
dicet quod per crucem in statu bono penitentie et non in statu malo de
bent portare. Item sunt quidam qui verum crucis assumptionem debilitate
quirit. quoniam dicitur incepto penitentes quoniam tarde. quoniam tenuit se pantes
quoniam inceptum iter cum tristitia crequentes. quoniam ad reditum festinum su
spirantes. quoniam in bello debilitate se habentes. sic non debent facere
boni crucisignati. sed quod bene cepant debent viriliter persequi id
est esse fortes in bello domini. certantes si opus fuerit usque ad mortem
pro iusticia. exemplo filiorum Machabe. cum quibus pugnatum
pro gentilibus dixit pater. i. Machabe. ij. Vos ergo filij portamini
et viriliter agite in lege. In signum ergo huius quod fortiter debent crequi

voti crucis. ponit eis signū crucis in dextra pte. que naturaliter
est fortior ⁊ nō in sinistra que s̄m naturā est debilior. Item in se
culo futuro deus habet duas ptes. s̄z dextrā que est bonor ⁊ fini
strā que est malor. Mathe. xv. Et s̄a uer ones quidē a dextris
hedos autē a sinistris. Porro x̄ps ueniet ad dextrā dei. merito cru
cis sue. Luce. xvi. Et hoc autē. hoc est ex merito passiois. erit fili⁹
hois a dextris virtutis dei. Nō est autē dubiū quin ⁊ crucisignati
boni ad eandē prem beatā pueniāt. ppter qd̄ dicit Mathe. viij.
Qui uult uenire post me. s̄z ad locū q̄ ego ⁊ ado. tollat crucē suā
⁊ sequat me. Et ideo bñ ponit eis crux in dextra pte in signū qd̄
ducet eos ad dextrā dei patris. ¶ Ecce pars charissimi q̄ signū *Inuita*
crucis ponit in dextra pte. sicut ⁊ Cōstantinus pugnaturus por *tio. viij.*
tabat fabricatū signū istud de auro in dextro brachio s̄m ecclesi
asticā historiā. qz crucisignati debent esse i bono statu penitentie
Qui signat p dextrā ⁊ itez in signū q̄ illud qd̄ ceperūt fortiter p
sequi debent. qd̄ ⁊ signat p dextre fortitudinez. ⁊ in signū q̄ crux
ista ducit ad dextrā dei patris. Qui ergo uoluerit sinistra futurā
malor declinare. ⁊ ad dextrā illā beatā uenire. ueniat cum dignā
punitōe peccatorū suor ad cruce ⁊ uotū crucis uiriliter psequat
et sic ueniat ad dextrā dei patris ibidem cū eius filio ihesu x̄po ⁊
sanctorū angelorū societate sine fine mansurus. Cantus.

¶ Quare crux imponit publice Capitulū septimū.

Irea quartum notandum q̄ quidam sunt qui ligi in
c multis offendant publice et interdum peniteant. ta
men nunq̄ ostendunt fructum penitencie manifeste
hoc autē nō uidetur sufficere. Si em̄ paulo publicē in carcerato
non sufficit q̄ occulte liberaretur. sicut hebet Actū. xvi. quomō
satisfecit digne dño qui eum publice offendit si signum peniten
cie nunq̄ ostendit. Ideo dicit e diuerso Actū. xx. Quā bonū est
corectum alias coreptū manifestare penitentiam. Item sicut
ille qui publice peccat tot moribus dignus ē quot exempla ma
la uiuendi mittit ad alios s̄m beatum Gregorium. Ita iustum
est ut qui publice bonum facit. dummodo hoc facit bona inten
tione. sibi ex hoc maius bonum et meritum acquirit. Quia ex
hoc alios homines ad bona prouocat. Et ideo dicitur de Iuda
B ij

q̄ acquisiuit regū dignitatē. q̄ alijs trepidantib⁹ ip̄e corā eis in
gressus primus est mare rubrū. alios post se p̄uocans ad trāseun
dum. Item xp̄s habuit quosdam discipulos occultos sicut de Jo
seph. xij. dicit Johāns. quosdam autē habuit manifestos. Felices
isti. nam qui erubuerūt eum ⁊ xp̄s erubescit eos cū uenerit in ma
festate sua ⁊ patris ⁊ sanctorū angelorū. sicut dicitur Luce. ix. Qui
autē eū p̄fessus fuerit in generatione adultera ⁊ peccatrice. et ip̄se
p̄fitebit eū cū uenerit in gl̄ia patris sui cū angelis suis. sicut dicit
Mathei. xvij. ¶ Patet ex his charitissimi q̄ bonū publice factū
Inuita
tio. ix.
ualet ad digniorem satisfactionem de peccatis ⁊ ad maius meri
tum in p̄nti. ⁊ ad honorem maiorem in futuro. Qui ergo ista desi
derat ueniat ⁊ accipiat publice signum crucis eius amore ⁊ exem
plo p̄uocatus. qui p̄pter eum corā tota Tr̄m crucem portauit ⁊
in ip̄a coram omnibus publice est suspensus. Cantus.

¶ Quare cur imponit per manū ecclesie Capi. viij.

c
¶ Circa quintū notandū q̄ ecclesia habet duos gladios
s̄z sp̄ualem ⁊ materiales. Luce. xij. Dñe ecce duo gla
diū hic. primo semp̄ utit. sc̄o v̄o nō semp̄. Vñ p̄tero
utenti eo ex turbatōe quadā. dicit dñs Johā. xvij. Mittere gladiū
tūū in uaginā. Interdū tñ lit̄ raro ⁊ si nō utat eo in p̄sonis eccle
siasticis. dat tñ alijs auctoritates utendi. Vñ Luce. xij. Et nūc
qui nō habz gladiū uendat tunicā suā ⁊ emat gladiū. Porro cui
p̄stet auctoritatē utēdi gladio materiali. nō solet v̄o facere nisi
ex causis valde rōnabilibus. Circa q̄d notandū q̄ interdū facit
hoc p̄pter duriciam rebellionis. cū uidelicet aliq̄ p̄ ahortatōes
p̄ sentēcias ecclesiasticas rebellāt in aliquib⁹ negocijs ut q̄o sic
timor dei nō reuocat a malo. saltez pena coerceat t̄pat. s̄m q̄ d̄
Deutro. xij. de illo q̄ sup̄bierat nolens obedire sacerdotis impio
q̄ moriat hō ille. Interdū v̄o facit hoc p̄pter infectiōnē erroris
ut p̄tra hereticos qui sicut membruz putridū corpus inficientes
eccle p̄ errores fere sūt abscindendi. porro saraceni m̄to sūt peiō
res q̄z rebelles. q̄z rebelles saltez audiūt mādata ecclesie ⁊ si nō fa
ciūt. saraceni v̄o decapitat̄ oēs qui uellēt eos de errore suo dimi
tendo informare. sunt iterū peiōres q̄z heretici. q̄z illi solū anias
inficiūt. isti v̄o ⁊ aīas xp̄ianorū p̄ posse inficiūt ⁊ corp⁹ interficiūt

Præterea iudei tollerantur ab ecclesia triplici de causa. Prima est quia spes est de eorum persione secundum scripturas. Alia quia iuuant fidem nostram cum in oculis nostris in eis videmus impletas scripturas secundum expositiones fidelium. Alia quia non mouent arma contra nos nec mouere possunt. De persione vero saracenorum nulla scriptura loquitur. nec nos inuadit eorum vita in aliquo. sed potius multos infirmos scandalisunt. ipsi etiam inter omnia genera infidelium armis nos fortius impugnare non cessant. ex quibus patet quod nulla causa eorum propter quam tollerantur iudei occurrit in eis. Præterea dicitur Mathei xxiij. de rege qui fecit nuptias filio suo et misit seruos suos ad vocandum ad nuptias. inter vocatos quidam noluerunt venire. Et isti sunt iudei qui sola voluntatis obstinatione remanent. Alii vero neglexerunt. et illi sunt ydolatre. qui pro negligentia quia non faciunt quod in se est remanent. Alii vero seruos eius occiderunt. et isti sunt saraceni. qui in seruos dei crudeliter debachantur. Subditur autem ibi quod rex iratus non contra nolentes non contra negligentes sed contra homicidas istos. missis exercitibus perdidit illos et ciuitatem eorum succendit igni. Et quo habet auctoritas ad mouendum exercitum contra eos. Sicut igitur patet quod iusti contra eos mouent arma quia contra infideles quosdam. siue quoscumque rebelles ecclesie vel hereticos. Patet etiam quod in eis non sunt cause tollerandi eos sicut in iudeis. Patet iterum quod auctoritas ex euangelio ad hoc idem. et sunt rationes ecclesie ad dictam auctoritatem mouendi exercitum contra eos. Non solum autem ecclesia dat auctoritatem predictam sed et indulgentiam omnium peccatorum. ut sicut martires de uite sanguinis effusi pro christo fecerunt omnino dealbari. sic de uite huius abundantis indulgentie. non solum morientes sed etiam uiuentes boni peregrini a peccatis omnibus tam paruis quam magnis. tam occultis quam manifestis. tam carnalibus quam spiritualibus. tam diurnis quam nocturnis. tam notis quam ignotis. omnino sunt absoluti. tam in terra quam in celo. ex illa auctoritate quam deus petro protulit. ut quicquid in terra solueret esset et in celis solutum.

¶ Ecce igitur charissimi erunt ista benedicta bene accipit de ma. **Decima** in ecclesie. quod sacrosancta ecclesia cuius auctoritas maior est auctoritatio. auctoritate cuiuscumque imperatoris vel regis. Prestat auctoritatem huic bello. et ad hanc danda habet efficacissimas rationes et ut negotium

B iij

fiat efficacius pferat indulgentias oim peccatorū. Qui ergo volu-
erit cruciatus futurōs inferni vel purgatorij euadere. et qui volue-
rit post sordes peccatorū ad mundiciā baptismalem redire. et cum
sanctis martiribus absq; omni obstaculo ad illā beatā patriam
euolare. veniat et accipiat beatissimā crucem istam. Cantus.

¶ Quare nullus ad hoc cogitur Capitulum nonum.

c Iuxta seruum notandū q; dñi p̄pellunt suos ad sequen-
dum se. machabeus etiā per gladiū hoies ad sui seque-
lam. xps vero nō sic. ip̄e em̄ neminē p̄pulsit ad sequen-
dum se p̄ crucem sed solū voluntarios ad hoc recipit. Luce. ix. Si
quis vult post me venire abnegat semetip̄m et tollat crucē suam
et sequat̄ me. Item Deutro. xv. dicit. Quis ē homo formidulosus
et corde pauido vadat et reuertat s̄z ab exercitu in domū suam.
ne pauere faciat corda fratru suoz sicut ip̄e timore p̄teritus est. Et
quo relinquit q; nō sunt boni in bello nisi viri cordati. Quomō
tunc erit cordatus alius in illo q; facit p̄tra cor suū. Et hoc igit̄
patz inuoluntarios nō expedit ire ad bellum Ideo dicit econtra
Judicā. v. Vos qui sponte abtulistis de Israhel aias vestras ad
periculū. benedicite dño. Item sicut dicit auctoritas Coacta serui-
cia nō placent deo. et ideo vt sint accepta debent esse voluntaria
Ideo dicit dauid filio suo salomoni. p̄imi. palij. xxij. Seruite
ei corde p̄fecto et aīo volēti. Sic ergo patet q; nullus p̄pellit̄ ad
crucem. et p̄pter dñi em̄ qui neminem p̄pulsit et p̄pter vtilitatem
belli. quia tales nō sunt vtilēs in bello. et p̄pter p̄m̄m̄ maius
habendū et grato seruitio. **¶** Ecce charissimi mira benignitas
dñi nostri qua nos oī genere seruitutis sum⁹ eidem obligati. et in
tanta necessitate nos nō p̄pulsit sed solū nostrā vtilitatem malo-
rem querens in tali seruitio vt melius remunerandi sim⁹ solum
voluntarios requirit. mira rusticitas illorū qui tam curiali dño
suū seruitium denegabunt. Non sitis charissimi rustici domino
ne et ip̄se ex hoc grauit̄ p̄uocetur. sicut Nabal rustice agens euz
David eum contra se grauit̄ p̄uocauit. p̄imo regum. xv. Sed
amore is̄tus qui p̄pter nos oblatus est voluntarie in ara crucis
ad crucem p̄m̄pto aīo et voluntarie venietis. Cantus.

¶ De p̄maria crucisignatiōis inuentiōe Ca. x.

c Iuxta p̄maria crucisignatiōis nō notandū q; sicut colli

Inuita
tio. xi.

gient ex transmarina histo:ia. et ex quibusdam alijs historijs. Iste
trauit. ad manendū ibi p noctem. qui loci sacrilegiū ptimefcens
quāuis fides crucis nō haberet cū signo eius se munivit. Cū autē
nocte media p timore vigil maneret. ecce repente spiritū turba
malignorū aduenit. ⁊ qui perat inter eos in medio p̄sedit. cūq; in
quisitiōz ei⁹ singli referrent. quid mali p̄tra bonos fecisset. ⁊ iude
us oīa audiret. p̄cepit qui perat vt videret quisnā esset q̄ in tem
plo illo ausus fuerat iacere Quē cū maligni sp̄s p̄gentes crucis
misterio signatū vidissent. mirātes dixerūt. ve ve. vas vacuū sed
signatū. quib⁹ hoc renūciantib⁹ cuncta malignorū spiritū tur
ba discessit. qd̄ ip̄e videns postmodū narrauit ⁊ scripsit xp̄ianus.

¶ De gestis Karoli magni in hispania. Capi. xxxvi.

Tra gesta; sup saracenos p̄prijs oculis intutus sum.
m iij. annos pambulans cū Karolo ⁊ exercitib⁹ eius. ⁊
ideo p̄certo scribere nō ambigo. Postq; Karolus di
uinitis auxilijs munitus diuersa regna subingasset romano imp̄o
⁊ a saracenorū manib⁹ eripuisset. cū iam multo ⁊ graui labore fati
gatus. requisit sibi dare. p̄posuisset. quidā habens faciē pulcherri
mā in extasi nocte sibi apparuit ⁊ dirit ei Quid agis fili mi. ⁊ ille
Quis es dñe. ait ille. ego suz iacobus ap̄tus frater iohānis euan
geliste. cui⁹ corp⁹ in galicia que adhuc a saracenis turpiter dep̄mit
incognitū req̄scit. ⁊ miror cur terrā meā a saracenis nō liberastī
qui tot terras acq̄suisisti. notifico tibi qd̄ de⁹ te elegit ad liberandū
terrā meā de manib⁹ saracenorū. ⁊ visitandū basilicā meā. ⁊ possi
te om̄s poppuli pigrinantes illuc inuenient vsq; in finem seculi
Nunc ergo perge q̄scitius. quia ero auxiliator tuus in omnibus

S ij

Taliter ei tribus vicibus apparuit ppter qđ exercitibus pgrega-
tis hispaniaz ingressus est. Item prima vrbs quā obsedit Karo-
lus pampilonia muris inexpugnabilibus erat munitissima. et cū
añ eam tribus mensibus sedens nequiuisset cape eam suis preci-
bus ad deū et beatū Jacobū. muri fundit̃ conuertit̃ et saracenos
qui baptisari voluerunt reseruauit ad vitā. alios vō gladio tu-
cidauit. His mirabilib⁹ territi vbiq; saraceni reddebāt sibi vrbes
et tributa mittebāt. et facta est terra tota sub tributo. Et visitato
sarcosago beati Jacobi venit ad petromū et fuit lanceā in mari
grās agens deo et beato Jacobo. qui eū vsq; illuc duxerat. Item
cū ciuitates et villas quasi innumerabiles cepisset. vel bello vel
gracis se credidissent eidem. restabat ciuitas quedā dicta lucerna
munitissima. quā cū obsedisset quasi p menses quatuor. et capere
nō posset. facta p̄ce ad deū et beatū Jacobū muri eius corruerūt.
et est deserta vsq; in diem hodiernum. Quidā em̄ gurgis in mo-
dio eius artianus surrexit. Cum quidam miles in extremis labo-
raret p̄cepit cuidam p̄sanguineo vt equum suum post eius disces-
sum venderet et p̄cium in elemosinas daret. quo mortuo receptis
sacramentis p̄sanguineus eius p̄dictus equū vendidit et p̄cium
eius in cibis et portibus expendit. Transactis vō dieb⁹. 30. mortu-
us eidem in extasi in nocte apparuit dicens. Quā res meas tibi
comendauit dandas in elemosinas. scias peccata mea dimissa et
me in paradysum futurū. te vō qđ elemosinas meas retinisti scias
die crastina ad infernū iturū et sic disparuit Cū aut̄ nimis treme-
factus summo mane visionem narraffet et exercitus de tanta re lo-
queret̄ inter se. ecce subito clamores sup̄ eum quasi rugitus leonū
lupoz et vituloz in aere. et statim de medio circumstantiū rapit̄
et quasi p dies quatuor nusq; inuenit Cū aut̄ exercitus p dies 12.
per deserta pagraffet repertū est corpus exaiatum et p̄tractum in
cacumie cuiusdam montis distantis p. 4. dietas. cuius ascensus
erat p. 3. leucas. Cū Karolus pugnaturus esset cum aygolando.
in crastino quidaz de suis militib⁹ in sero p̄cedente arma bellica
preparantes. hastas suas firerunt in terra in pratis añ castra. quas
summo mane corticibus et frondib⁹ decoratas inuenerūt. et om̄s
illi mortui in crastino bello. martirij glaz sunt adepti. In memo-

nam vero predicti miracula p̄ciderunt lanceas iuxta terras. ⁊ radi-
ces que manserant magna et se postea ptulerunt arbusta. Cū in-
ter Aylgolandū ⁊ Karolum tale pactū interuenisset q̄ pugnantī-
bus inuicem suis ⁊ nostris illoꝝ fides qui victoriam haberēt me-
lior haberet. ⁊ missis. 20. p̄tra. 20. et. 40. p̄tra. 40. et centum cōtra
centum. nostri semp victoriam habuissent. data treuga venit Ayl-
golandus vidēs hec ad Karolū vt baptismū recipet ⁊ sui qui vel-
lent. Cū autē priandente Karolo vidisset diuersitates ep̄orum et
monachoz ⁊ alioꝝ huiusmodi in curia sua discumbentū. ⁊ ip̄i que-
renti de singulis Karolus r̄ndisset. qui essent tandem quesivit de
vitijs paup̄ibus qui in misero habitu ad terram comederent viliē.
cui Karolus. Hec est gens dei. nunciū dñi nostri ihesu xpi. quos
cōtūdie et more pasimus. at ille. Hī qui circa te sunt. ⁊ tui sunt
felices sunt. ⁊ feliciter comedūt ⁊ bibunt ⁊ induunt. illi vero quos
dei tui gentem esse dicis ⁊ nuncios eius. cur fame pereūt. et male
induumt. ⁊ a te longe piciumt. ⁊ turpiter tractant. Male dño suo
seruic qui nuncios suos sic turpiter accipit. Legem tuā in hoc fal-
sam oñdis. ⁊ accepta licentia redijt ad suos et baptisari renuens
mandauit ei bellū in die crastina. Itēz cū Karolus pugnaturus
p̄tra quendam principem saracenoꝝ noīe Suire. rogasset dñm vt
ostenderet ei qui de suis militib⁹ in bello essent morituri. die cra-
stina armatis exercitibus apparuit signū crucis rubeū in hūeris
eoz qui erāt morituri. quod videns Karolus inclusit eos in ora-
torio suo mīero quasi. 1. 50. sed finito bello ⁊ interempto principe
predicto. inuenti sunt ⁊ ip̄i morui in oratorio. nec defuerūt mar-
tīrio. q̄zuis eis martīriū defuerit. Cum in quodā bello saraceni
ordinassent q̄ iuxta quemlibz equitem suoz esset vnus laruatus
terribili imagine. ⁊ haberet tympanū terribiliter sonās. ⁊ sic ve-
nientes terrerent equos nostros itaq̄ fugerēt. inuitis equitibus
nostris. ordinauit Karolus in crastino q̄ om̄is nostri coopirent
oculos equoz suoz ⁊ aures fortiter obdurarēt. ⁊ sic veniētes p̄tra
saracenos habuerūt victoriā. Cum quidaz principes saracenoꝝ
ad seductioꝝ nostroz inter alia donaria misissent nostris vinum
dulcissimū ⁊ mulieres saracenicās valde formosās mille. ⁊ q̄daz
de nostris vacassent ebrietatib⁹ ⁊ luxurijs taz cū illis saracenicis

mulieribus q̄z cū alijs quas adduxerunt de francia. post modicū
tempus habuerūt saraceni victoriā mediante pdicone ganaleo
nis de nostris in rimeuallis. in qua mortui sunt pugnatores. et
rotholandus et nostri vltima pfusione pfusi. quāuis pugnatores
et alij p̄bi viri illis voluptatib⁹ se nō exposuissent. ¶ Mors erat
in exercitu Karoli q̄ om̄s pugnatores eucharistia et pfessione per
manus ep̄oz et monachoz qui aderāt munitent. ante q̄z pugnam
intrarent. Oratio rotholandi in extremis pfuturi. Dñe ihesu p
cui⁹ fide patriā meā dimisi. et in ois barbaris ad exaltandū fides
tuam veni. et multoz pfidoz bella. tuo munitus auxilio vici. et in
nūeras alapas. ruinas. vulnera. opprobria. irisiones. fatigatōes
dolores. fugora. famē. sitim. anietates peuli. tibi in hac hora cō
mendo aiām meam. vltia q̄z dici phas est me peccatores pfiteor.
sed tu qui inimicis pepcisti. et mulieri deprehense in adulterio. et
magdalene et petro lacrimanti dimisisti. et latroni pfitenti sanuā
paradisi apuisti. mihi veniam nō denegas delictoz. et aiām meā
in eterna requie refouere digneris. et tenens pellem et carnē circa
manillas dixit. Confiteor credo q̄ in hac carne videbo te deum
saluatorem meū. tribus vicibus manus suas sup oculos suos po
nens et ait. Oculi isti p̄specturi sunt. et reuersus ap̄tis oculis suis
cepit respicere celū et om̄s artus suos et pectus signare signo cru
cis et cepit dicere. Nūc oia terrena mihi vilescit. q̄ ip̄o donante
video q̄s oculus nō vidit. nec in cor hominis ascendit. deniq̄ ma
nus suas extendens p̄cem effudit p̄ alijs in bello mortuis dicens
Moueantur viscera misericordie tue sup fideles tuos. qui hodie
mortui sunt in bello. qui de longinquis partib⁹ venerunt in has
barbaras natiōes. ad exaltandū nomen tuū. et declarandā fidem
tuam. nūc autē manibus saracenoꝝ p̄empti iacent. mitte archan
gelos tuos. qui aiās eoꝝ p̄ducant ad regna celoꝝ. quatinus vna
cum martiribus regnare valeant. in secula seclōꝝ qui viuīs.

¶ De visione Turpini ep̄i sup aiās in bello defunctorū Ca. xxxij
Vna beati rotholandi aiā de corpe egrediens. et ego
Turpinus celebrarem missam de defunctis corā Karo
lo. in valle Karoli. raptus in extasim audiui choros
in celestib⁹ cantantes. cūq̄ illi ad sublimia transirent. ecce post

¶

tergū terti milites quasi de p̄da vententes. ⁊ dñi. Quid portatis
nos inquit martirium portamus ad inferna. Tiburciū v̄o beati
cū alijs multis defert Michael ad sup̄na. Cūq̄ finita missa hoc
regi narrarem. ecce Balduin⁹ sup̄ equū rotholandi narrans que
gesta fuerūt. ⁊ rotholandū se ī agonia in mōte dimisisse. cūcristq̄
acclamantib⁹ retro. inuenit pri⁹ Karolus rotholandū iacentes
mortuū. eversuz brachijs supra pectus in modū crucis positus. ⁊
irruit in eum ⁊ lacrimosis gemitib⁹ ⁊ suspirijs inexplicabilib⁹ ex
clamas dicit. O dextra brachiū. dec⁹ galloz. spata iusticie. hasta
inflexibilis. in bello doctissime. fortissime fortū. destructor sara
cenoz. murus clericoz. baculus orphanoz. viduaz cib⁹. refectio
paupm. releuatio ecclesiaz. ⁊ lingua ignata mēdacij. dur⁹ exercitus
fidelitū. cur te in has oras adduxi. cur nō morior tecū. heu quid fa
ciā. es cū angel. erules cū martirib⁹. letaris cū sanctis. Celebra
tis ergo exequijs solennit⁹ ⁊ deuote sumo mane armati iuerūt ad
locū certa nis in r̄ciuale. ⁊ inueniūt ceteros suos aut mortuos
aut vulneratos ad mortem. oliuētū v̄o iacentē in effigiez crucis.
rege autē post saracenos currente sol stetit immobilis. ⁊ plōngata ē
dies q̄si spacio tritū diez. ⁊ inuētis eis ⁊ interfectis quoz milib⁹
reuersus est ⁊ gualonem p̄ditore trahi fecit quoz equis fortissi
mis ad quatuor plagas celi. Et habuerūt curā multi de corpib⁹
suoꝝ caroꝝ conditis aromatib⁹ deferendis ad diuersa cimiteria.
beati vero rotholandū fecit ter sepeliri apud blaniū in ecclesia
sancti romani. quā añ edificauerat. ⁊ canonicos regulares ibi po
suerat ⁊ eccliaz illā regali munificentia sublimauit. ⁊ sic reuersus
est. infusus autē p̄cib⁹ ad beatū Dionisiū p̄ alijs q̄ mortui erant in
hispania in bello saracenoꝝ. nocte p̄tia apparuit ei beatus Dioni
sius dicens q̄ illi qui exēplo p̄bitatis ⁊ in bello saracenoꝝ mortui
essent veniā impetrauerūt oim peccatoꝝ. Cū ego Turpinus cuz
rege venissem vsq̄ Vennā. ⁊ ip̄o p̄cedente in franciaz. p̄pter in
firmitatē remāssem. ⁊ die quadā añ altare orarem ⁊ psalmū De
us in adiutorijū ⁊c. dicerem. raptus sum in extasim. ⁊ ecce agmina
innūerabilij terroꝝ p̄cedentiū. cū autē quendaz quasi ethiopem
vltio incedentē ⁊ lentius vidissem. dixi. ei. q̄ tenditis. ac ille. aquis
granū ad Karoli mortem vt ad tartara ei⁹ spm̄ rapiamus. ⁊ ego
adiuro te p̄ nomē dñi n̄i ihesu xpi vt p̄ me reuertami itinere sc̄o

Tunc modicū p̄moratū vir expleto psalmo p̄dicto redierūt eodē ordine. ⁊ dixi vltimo cui añ fueram locutus. Quid egistis. et ille Galicianus sine capite tot ⁊ tantos lapides ⁊ ligna posuit i statera q̄ p̄ponderauerunt bona malis. ⁊ ideo absculit eum nobis ⁊ hoc dicto disparuit. ⁊ post veniente ad me nuncio de morte eius inueni q̄ ip̄o die p̄dicto visionis migrauerat.

¶ Ex libro Calixti pape ad idem Capitulum. xxxviii.

¶ Om̄ post mortem Katoli surrexisset quidā saracenus magn⁹ in hispania Artumaior dicitur. ⁊ venissz ad basilicā beati Jacobi. ⁊ deuastatis oibus ip̄am basilicā sic p̄phanasset. q̄ equos ibi hospitari ⁊ egestiones añ altare faceret fieri. ecce alij fluxu intestinox̄ interibant. alij p̄ basilicā ⁊ ciuitatem errantes lumina amittebāt ⁊ ip̄e Artumaior excecatus est sed p̄silio cuiusoz sacerdotis illius ecclesie cepit innocare deum xp̄ianoz ⁊ beati Jacobi. p̄mittens si redderet ei lumē. oia restitueret ⁊ machometū abnegaret Restitutus ergo oibus restitutus est sanctitati. ⁊ recedens de terra illa p̄dicabat magnū esse deuz xp̄ianoz. ⁊ magnū esse beatum Jacobum.

¶ De verbis Urbani pape. Capitulum. xxxix.

¶ Verba Urbani pape inuitantis ad crucem in cōsilio
v Clarissimo tenē. hec sunt. Q̄ quantū decus si gens tam degener ⁊ demonū ancilla. gentem dei omnipotentis. fide p̄ditam ⁊ xp̄i noie splendidam sic supauit. Q̄ quāta im̄p̄eria ab ip̄o dño in p̄perabunt vobis. si eos nō iuuatis qui xp̄iana p̄fessione censent sicut ⁊ nos. Procedāt ergo nūc cōtra infideles ad pugnam. qui abusiue p̄tra fideles certabant. Nunc sint milites qui dudū erant raptores. nūc p̄tra barbaros pugnēt qui olim p̄tra sanctos pugnabant. nūc eterna p̄mia nanciscant̄ qui dudū p̄ paucis solidis mercenarij fuerūt. nūc p̄ amore duplici laborēt qui p̄ detrimētō corpis ⁊ aie sic fatigant̄. Cum ad portū brando suum venissenius. ⁊ nostri naues conscenderāt. ecce quedā nauis p̄pe litus p̄paruit. de qua fere octingēti virisq̄ seruis p̄ierunt. sed cū corpa mortua p̄ posse colligerem⁹. inuente sunt in carnis bus quōsdā sup spatulas note i modū crucis insignite. Cōsperebat siquidem vt in seruicio dei defunctis signū victorie sum sub

fidei p[ro]gnore p[er]maneret. Cū apud urbem niceam venissem[us] fuit
estimatu[m] q[uo]d erat n[ost]ris septies centu[m] milia ad bella valentiū et
ceptis clericis et alijs ineptis ad bellu[m]. Si autē venissent om[n]es qui
de p[ar]tibus suis recesserunt. estimat[ur] q[uo]d essent quasi sexagesies centu[m]
milia. Cū nos tendentes de nicea v[er]sus anthiochia[m]. turci quasi
oues in quoda[m] ovili p[er]clusis[er]unt v[er]ndiq[ue] sagittar[um] pluuia nos inest[er]
mabiliter affligentes. peccatis n[ost]ror[um] exigētib[us]. quor[um] alij luxu
rijs. alij auaritia. alij supbia se polluerunt. n[ost]ris se peccatores re
cognoscētib[us]. et dei misericordiā invocantib[us] adert[ur] epi et sacer
dotes in albis d[omi]ni deprecantes humiliter. et plorando cantantes.
et currebat ad eos multitudo. p[ro]fessione. et ecce d[omi]n[us] placatus tan
tam dedit n[ost]ris audacia[m] et aduersarijs timorem q[uo]d eos subito
fugarunt. et ipsi die sc[er]o et tercio fugere nō cessauerunt. et nos de spo
lijs eor[um] ditati sumus. et factus est timor n[ost]ter sup[er] om[n]es. fama ista
volante ab occidente in orientem. Cū autē ad eracliam urbem ve
nissemus vidimus signum quodam splendens in modu[m] ensis sa
guratum. cuspide versus orientem p[er]tento.

De historia Anthiocena ad idem. Capitulum. xl.

Cum in obsidione Anthiocena fames vehemens in
cresceret. ita ut multi fugere disponerēt in obsidione.
licet se mansuros iurassent. in toto p[er]silio eiecerunt oēs
mulieres de exercitu. timentes ne d[omi]n[us] p[ro]pter luxurias eor[um] que cō
mittebant cū eis. esset iratus que in castris vicinis hospicia sibi
repperunt. tunc vidim[us] tuborem in celo mirabilem. sensim[us] etiaz
serrem[us] tū terribilem. tunc etiā quida[m] n[ost]ri viderunt quoddā sig
nū in celo in modu[m] crucis signatū. v[er]sus orientē recto tramite in
cedēs In obsidione Anthiocena que durauit a mense Octobris
vsq[ue] ad sequentem Juniu[m]. fuerunt n[ost]ri ita p[er]stantes q[uo]d deficiētes
victualib[us] comederunt carduos et alias herbas multimodas agro
rum et equos et mulos et camelas paupiores q[uam] canes et coria bestia
rum et grana in stercoib[us] repta. cū autē placuit d[omi]no p[ro]sumare labo
rem populi sui. apparuit cuidā turco intra urbem et dixit ei. Exp
giscere et redde urbem francis. Miratus ille tenuit visionem sub
silencio. apparuit autē sc[er]o dicens eidem et addidit Ego sum x[rist]us
qui p[ro]cipio. tūc ille enigilans iuit ad principem anthiochie d[omi]n[um]

suum et visionem narravit. tunc ille. Nunquid fantasmatibus
te credere debes. reverso illo ad locum suum iter apparuit dicens.
Cur non implesti quod iussi. non est tibi hesitandum. nam ego qui
in ipso dominus sum omnium. tunc ille nihil amplius dubitans. tractavit cum
nostris quod traderet civitatem. et intromissis. xx. de nostris per
cordas denocte per quas porta aperta est alijs. nostrique intrantes ce
perunt civitatem. multos trucidantes alijs fugientibus. et advo
catus vel prefectus princeps Antiochie a quodam rustico armeno de
collatus est. et caput. francis allatum est ab eo. Tunc nostri intrantes
Antiochiam capientes. exclamaverunt omnes. deus hoc vult. et hic
erat modus exclamatis cum aliquid de negotio facere volebam
efficaci. Capta Antiochia repta est a quodam hoie lancea que
dicitur in ecclesia sancti Petri fossa humo. quam reperor dicebat esse lan
ceam. qua fuerat latus domini perforatum. dicens quod beatus Andreas
sibi iter apparuerat dicens. quod in tali loco foderet subtus pavimen
tum et ibi inueniret predicta lancea domini. forsitan fallaciter occultata
de quo magna exultatio et devotio orta est in populo. Cum capta
Antiochia plures ex nostris peccis mulierum se maculassent. ecce
rex Persarum veniens in succursum turcorum cum suis sic artaverunt
nostros quod multi fugere deliberabant. sed deus non inmemor suorum
multis apparuisse dicitur et eos confortasse. Cuidam igitur clericus fu
gienti apparuit dicens. quo frater intendis. Et ille. fugio sicut
infortunatus. Et dominus ad eum. noli fugere sed redi retro et dic cere
eis quod ero cum illis in plinio. nam licet propter peccata fere perierunt. tamen
matris mee placatus precibus propiciabor in eis. peniteant et salvi
erunt. ego dominus qui loquor tecum. Non ille reversus narravit quod vide
rat. Item dum multi denocte per cordas descendere vellent et fugere
cuidam descendenti asserit frater suus mortuus. et dixit. quo fugis
frater remane. ne timeas quoniam dominus vobiscum erit in plinio. et socii ve
stri qui in hoc itinere mortui sunt vobiscum contra turcos plianant.
miratus ille verbo defuncti remansit. et quod viderat enarravit.
Factum est autem post modicum quod nostris et equis eorum pro inedia defi
cientibus indicio ieiunio triduo. et factis ad dominum precibus devotis
nostri pauci contra turcorum multitudinem innumerabilem egredientes.
habitis secum sacerdotibus cum albis pro populo orantibus et flentibus
et psallentibus. habuerunt de ipsis victoriam incredibilem. et ipsis fu

gitiuis fugatis de spolijs inestimabiliter sunt ditati. Cū in quodā
p̄flictu patriarcha Ierosolomitano cruce ferret. et clamaret vna
niter nostri. xps vincit. xps regnat. xps imp̄at. habuerūt nostri in
credibiles et insperatā victoriā. pauci de multis videlicet quingenti
milites et duo milia peditū n̄oz de. xv. milib⁹ saracenis victoriā.

¶ De historia Transmarina Capitulum .xli.

X historia Transmarina quā scripsit magister Jaco
bus de vitriaco postea eps tusculan⁹. Cū petrus here
mita in dyocesi Ambianensi causa deuorōis visitass⁹
loca sancta. et Symeonē tunc patriarchā Ierosolomitano cum
xpianis qui sub eo erant inuenisset in miserabili afflictioe sub sa
racenis amarā ducere vitā. p̄patiens eis nō modicū incepit cogi
tate quō posset eis subuenire. Cū autē his cogitatioib⁹ intentus
quadā nocte in ecclia vigilaret oratioib⁹ vacans. et obdormisset
sup pauimentū. apparuit eidē ihesus. iniungens ei legationes
ad papam et principes occidentales. Ip̄e ergo diuina reuelatioe
p̄fortat⁹ et caritate succensus. cū litteris p̄dicti patriarche et alioꝝ
fidelium ibidē p̄morantiū venit ad papas et ab eo benigne suscept⁹
transiit ad principes et tam eos quā popl̄m innumerabilem sic
p̄mouit quod transientes p̄ labores et bella innumerabilia cū dei adiu
uorō terra sanctā eripuerūt de manib⁹ saracenoꝝ. Cū nostri ob
fessi in Anthiochia ad tantā deuenissent inediā p̄cis erigentib⁹
quod mori necesse erat fame vel pugnare. egressi sūt pauci p̄tra mul
titudine innumerabilem p̄fusi nō de suis virib⁹ sed de dei d̄tute. cu
ius lanceā ferebant an̄ se. ros autē cadens desupius sic eoz aias ex
hilarauit. et equos qui iā fere p̄matime deficebāt sic roborauit su
bito quod forti aio irruentes in hostes habuerunt victoriā inestima
bilem. et de spolijs sunt ditati. Olim nō habebat vinea balsami
nisi in Jericho in aliq̄ p̄te m̄di. fuit autē translata ab egiptijs illa
vinea in campū ciuitatis que babilonia dicit. vbi excolit a xpia
nis illic sub d̄nō saracenoꝝ degentib⁹. Dicunt autē egiptij et erp̄
mēto p̄batū ē. quod si a saracenis excoleret fructū nō faceret. Sunt
autē i p̄dicto cāpo ser fontes. i quz vno dicit brāz vginē xpm puulū
balneasse. et certū ē et p̄batū. quod liquor balsami quod medici optimū
balsamū dicūt. translata vinea vel fructice nūq̄ p̄t alibi nasci etc.

¶ ij

De vltis patrum. Capitulum .xlj.

Cum ad beatū Anthoniū habitantes in heremo veni-
rent hoies p̄ solitudines. exerciti diuersis horroibus
z illusionib⁹ demonū. dicebat eis. Signate vos z cel-
tis securi. Signate domos vestras z habitate securi. Assumit em̄
demōes diuersas species. sed statim facto signo crucis ad nichilū
redigunt. meruit em̄ illud trophēū salutis. dixit sancta sincretice
Si inchoaueritis aliq̄ bonū nō reuocatis p̄ im̄ p̄bitatez tenta-
tionū inimici. Item qui navigare cū vento p̄sp̄ero incipiunt si
perarius ventus occurreret nō statim onera piciumt aut nauem
dimittūt. sed paululū sustinentes. aut aduersus p̄cellā repugnā-
tes. pandentes ite z vela rectū cursū inueniūt. Ita z nos in cō-
trariū sp̄m̄ incurrentes. crucem p̄ velo erigamus. z sine periculo
p̄ntis seculi nauigiū expleamus. Ex legenda beate Helene. Bea-
tissima Helena fide serues animi deuotiōe incōpabil diuinitus
inspirata angelicis admonita visitationib⁹ cū beneplacito filij
sui secū multā manū militarem mittentis ministrantib⁹ thesau-
roz copā venit Ierosolimā causa visitandi repandiq̄ loca sc̄a
z repiendi dñice passionis insignia. cū ad tacitū dñice crucis in-
uente moru⁹ nō solum suscitatus sed etiā san⁹ z robustus cūctis
appareret z in ore oīm sonaret gratiaz actio. z vox laudis z lignū
vniuersice crucis adorare. z p̄tereret gentilis z iudaiici popli mul-
tudo. auditus est vlulatus demonū in aere volitantū z vocife-
ratiū. ve ve nobis miseris qui diuturno dñio p̄iuamur. z nostris
sedibus effugamur. Ecce cruc̄ xp̄i oīa penetrat. in celo rutilat. in
aere radiat. infernū spoliat. virtutibus conuiscat. ecce q̄d p̄ Judam
nostrū acquisuim⁹. p̄ posteriorem Judā a nobis rursus amissim⁹
cū post crucis inuentionē adhuc Helena regina cū ceteris dep̄ca-
retur dñm̄ vt clauē quib⁹ palme z planto dñice fuerāt p̄fesse si-
bi p̄palare dignaret. ecce subito lux celestis instat fulguris con-
scantis emicuit. z claritas dei circūfulgens locū caluarie. clauē
sup̄ aurū z lapidem p̄ciosum rutilantes cunctis exhibuit. quos re-
gina fletis genib⁹ adorans. recepit crebraq̄ oscula illis insigens
saluatorem glorificauit. Beata Helena vnū de clauis dñi auro
inclusum. fecit z inseri freno regio filij sui. cōsiders ex eius p̄ntia

iter et acens eius dirigi. et acens illicitos refrenari. iudicia quod domini et
mendo. carnes eius salubriter timore perfigi. Alterius clavi inposi-
tione galeam eius fecit muniri. ut ab exterioribus armis custodiret.
et par sibi a deo procederet. In dyademate vero regis preciosissimo
signum crucis trinens porciuncula sancte crucis. et tertium clavum erexit
sancta calliditate ut quod reus erat lese maiestatis quisquis capite
flectere et regem adorare dyademate coronatum aspernabatur. nunc
iudeus et gentilis inuitus adorare cogere tur dominice passionis
insignia ne puniretur.

De diversis legendis sanctorum Capitulum. lxxij.

X legenda beati Andree. Andreas respondit. Ego cum
crucis seruum sum et crucis trophaeum optare potius debeo quam
timere. Item cum carnifices eum ad crucem ducerent
factus est percussus populorum clamantium et dicentium. Iustus homo
et amicus dei quid fecit ut ducatur ad crucem. Andreas rogabat po-
pulum ut non impedirent passionem suam. gaudens et exultans ibat
et a doctrina non cessans. Cum vero ad locum venisset ubi crux parata
erat videns eam a longe exclamavit voce magna dicens. Salve
crux que in christi corpore dedicata es. et ex manibus eius tanquam ex marga-
ritis ornata. antequam in te ascenderet dominus meus timorem terrenum
habuisti. modo vero celestem amorem obtinens. pro voto susciperis. Scit
enim a credentibus quanta in te gaudia. quanta munera habeas preparata
securus ergo et gaudens venio ad te. ita et ut tu exultans suscipias
me discipuli eius qui pependit in te qui et amator tuus fui semper
et desideravi amplecti te. O bona crux que pulchritudinem et deco-
rem de manu domini suscepisti. et diu desiderata. et sollicitè amata. et
sine intermissione quesita et sancta percipienti animo preparata. Accipe me
ab hominibus et redde me magistro meo ipso. ut pro te me recipiat. qui
pro me redemit. Item cum carnifices vellent eum deponere stupebant
brachia eorum quicunque extendissent ad soluendum eum. Tunc voce mag-
na dixit beatus Andreas. Domine ihesu christe. bone magister. iube me de
ista cruce non deponi. nisi ante spiritum meum susceperis. Et ecce viden-
tibus cunctis splendor nimis de celo veniens circumfulsit eum. ita ut
oculi humani non possent eum aspicere. Quo post horam fere dimidium re-
cedente. emisit spiritum cum lumine pergens ad christum.

G lxxij

¶ De legenda beati Petri. Cū beatus Petrus ad Pces ⁊ fletus si
deliū fugeret piculū mortis ⁊ venisset ad portā vidit sibi ipm oc
currere. ⁊ adorās eū dixit. Dñe q̄ vadis. Cui dñs. Venio romam
iteꝝ crucifigi. Intellexit hoc petrus de sua passiōe ⁊ reuersus nar
rauit hoc fratrib⁹. declarans eis q̄ in ipō iteꝝ esset crucifigendus
Item dixit beatus petrus ad agrippaz. Nulla mihi gl'a nisi cruc
dñi nři ihesu xpi. cui⁹ seru⁹ ego sum. Et agrippa ad eū. Vis ergo
vt sicut dñs tuus crucifigitus ē ita ⁊ tu crucifigaris Et petrus Nō
sum dign⁹ recta cruce me immundū testes facere ipō. sed p̄ crucis
supliciu⁹ opto sequi vestigia passiōis ei⁹ Item cū vellent petru
crucifigere rogauit vt eueris pedib⁹ crucifigeret ne ita honouisi
ce crucifigeret vt dñs. q̄ vt factū ē cepit de cruce poplm psolari
⁊ dicere. Hoc filij charissimi pfundū est misteriu⁹ crucis ⁊ insep
abile caritatis vinculu⁹. p̄ cruce em deus ad se trahit oia. ⁊ p̄ eam de
structū est mortis impiu⁹. Hoc mihi signū dñe appuisti. api ⁊ hoz
fidelium oculos vt videat psolatis eterne vite. ⁊ his dictis videtur
circa eū multitudinē angeloz ferentiu⁹ flores rosaru⁹ ⁊ lilioꝝ cum
inestimabili canore laudantiū dei potentiaz. quod vt vidit br̄s
petrus gr̄as agens ihesu xpo dixit. Dñe te imitari p̄ passiōem
optaui sed rectus crucifigi nō vsurpaui. q̄ nos ex Adam sum⁹ na
ti tu solus ex deo. de⁹ tu semp erectus tu semp excelsus. nos piimi
hois filij sum⁹ q̄ principiu⁹ suū dimisit in terra. tibi gl'a in secla.
¶ Ex legenda exaltatiōis sancte crucis. Cū Fraclius ornamenti
impialibus decoratus equo regio insidens. deferens lignū crucis
q̄ abstulerat a rege psaz intrare vellet cū magno tripudio p̄ce
dentiū ⁊ sequentiū ierlm p̄ portam p̄ quā dñs intrauit veniens ad
passiōem. subito iungentib⁹ se peribus clausa est. ⁊ viderunt an
gelum sup portaz tenentē signū crucis in manib⁹ flāmeo fulgore
splendens. qui dixit. Quā rex celoꝝ passiōis sacramēta p̄pletu
rus intrauit nō se dyademate nitentem exhibuit nec equi poten
tis vehiculū acquisit. sed humilis aselli tergo insidens cultou
bus suis em hūilitatis dereliquit. ⁊ his dictis disparuit. Impa
tor: vo depositis insignijs impy discalceat⁹ linea tantū zona pie
cinctus cruce lacrimis suscipiens p̄perauit ad portā que mor ap
ta liberū intrantibus pate fecit ingressum. **¶** Ex legenda beati

Martini. Cū beatus Martinus post baptismū militie renūcia-
ret Julian⁹ impator infrenuit dicens cū metu pugne in crastino
future. nō religionis gratia nolle pugnare. At ille. Si hoc ignaue
q̄scabit non fidei. crastina die an̄ aciem inermis astabo ⁊ in noie
dñi nō stri ihesu xp̄i signo crucis. nō clipeo p̄tectus aut galea ho-
stiu cuneos penetrabo securus. verum ordinatide diuina in illo
crastino missi sunt legati de pace. sua oia seseq̄ donantes. ¶ In
passione Longui legit q̄ cū p̄fregisset quoddā ydolum erierunt
inde m̄tri sp̄s immūdi intrātes gentiles. cū autē adirasset eos
vt dicerēt quare in ydola habitarent. dixerūt. vbi nō est ip̄s aut
signū crucis ibi habitam⁹. ¶ In legenda beati Phillippi legit q̄
cū captus adductus fuisset ad templū martis vt ydolu adoraret
cūq̄ ibi dez oraret in corde suo deu. eruit draco de sub base statue.
cuius flatu sunt multi mortui ⁊ m̄tri infirmari. Tūc dicit philip-
pus q̄ loco statue facerent altare ⁊ cruce sup̄ posita adorarent ⁊
curarent. q̄ cū factū fuisset ⁊ infirmi curati sunt ⁊ mortui resusci-
tati. ¶ In legenda beati Bernhardi legit q̄ cū aliqui egrotaret
visum est sibi q̄ p̄taret an̄ tribunal xp̄i iudicandus. que cū dya-
bolus accusaret in multis v̄dit. Sacerd̄ q̄ nō sum dignus p̄p̄ijs
meritis regnū celoz obtinere sed dñs meus duplici iure obtinuit
illud s̄ hereditate patris ⁊ merito passionis. Altero ip̄e p̄tentus
est sibi. alterū mihi donauit. cui⁹ dono nō p̄fundo illū mihi ven-
dicare. Ad hoc dyabolus p̄fusus obmutuit ⁊ sanctus ad se rediit.
¶ In legenda beate marie magdalene legit q̄ cū diues ille mar-
s. tensis ⁊ vxor sua quib⁹ p̄dicauerat fidem xp̄i beata mulier mag-
dalena. vellent ire vltra mare ad exp̄ndū vtrū vera essent que
dixerat eis Maria. ip̄a eis recedentib⁹ imposuit signū crucis in
humeris eoz. ne hostis calidus aliq̄ tentatde iter eoz impediret
edocens eos q̄ per beatū petrū ap̄lm an̄ oia plene cognoscerent
Cū autē sic signati transfretantes venissent ad portū p̄ paucos
dies obuiavit eis petrus ⁊ viso signo crucis in hūeris affiro gau-
sus est cōiiciens q̄ in p̄rib⁹ vñ venirent p̄dicatū esset vbum dei
⁊ in quista causa vie sue reuelauit se esse petrū ⁊ dixit eos ī it̄m
ōndens eis loca passiois ⁊ sepulture dñi. ⁊ de oibus plene edocuit.
¶ In legenda dñe Marie de ognies legit q̄ apparuit ei dñs cō-

querens de hoc q̄ expulsus erat de terra albigensium ⁊ videbat cru-
ces de celo descendentes p̄ra illos. ⁊ hoc fuit p̄ triennium añq̄z p̄di-
cari c̄ur p̄ra illos. postea cū iam crux esset p̄dicata p̄ra illos vi-
dit in quodā loco qui dicit̄ mons gaudij cruce signatorū animas
ab angelis in celum deferri sine omni purgatorio.

¶ De his que sūt necia his bonis p̄grinis cruce signatis ca. lliij
Ite ea que sūt necessaria cruce signatis ad faciendū
c digne p̄grinatōz. notandū q̄ est eis necessaria plena
p̄fessio p̄ccōz. q̄ nō dat̄ indulgentia eis nisi de p̄ccis
de quib⁹ fuerit ore p̄fessi. et id eo si vnq̄z circa hoc fuerit negligē-
tes debent nūc eligere aliquē bonū viz circa p̄fessionē audientū
exercitātū. cui⁹ prudentia supleant̄ insufficientie quā habent cir-
ca p̄scientiā ⁊ sciendū. Psalm. Cōfiteor tibi dñe in toto corde meo
in p̄silio iustoz. id ē sūt p̄siliū iustoz Item vera cordis p̄ritio. q̄
nō dat̄ indulgentia nisi p̄ritis. q̄ nō dat̄ cuilibz habere fletū vel
dolorem sensibile p̄ delictis hoc saltem requirit̄ a q̄libz in signū
p̄ritis debite q̄ habeat firmū p̄positū cauēdi a p̄ccis ⁊ dño ser-
uendi de cetero. s̄m illud Psal. Iuravi ⁊ statui custodire iudicia
iusticie tue. Item boni p̄siliū requisitio in dubijs circa p̄p̄taz sa-
lutē. Sūt quidē multa q̄ multo tpe dimittūt aīas suas in quibsdā
dubijs. circa restitutiōes v̄l iuramēta vel matrimonia ⁊ s̄ilia. v̄l
si requirūt interdū p̄siliū. requirūt a talib⁹ qui nesciūt dare. hoc
aīe p̄cipue cruce signatis est cauendū. ne si in aliq̄ dubio tali re-
manēt cū tali p̄grinatōe p̄ quā p̄mittūt eis v̄ta eterna forte ad
inferna descendant. Item si semp̄ est p̄siliū requirendū a sapiēte
put dicit̄ Thobi. itq̄. quāto magis in isto casu de dubijs p̄tinen-
tibus ad salutem. ⁊ in q̄ tot ⁊ tanta sunt p̄ salute. Si p̄silijs in se-
cularib⁹ negocijs requirunt̄ sapiētiōres. quāto magis in nego-
cijs aīaz. Ite aliene rei restitutiō. Sicut em̄ nō p̄sunt remedia
quecūq̄ apponant̄ circa vulnus q̄z diu ferūt intro retineat̄. ita ⁊
oīa quecūq̄ stant p̄ salute nō p̄sunt q̄z diu res aliena retinet̄. Au-
gustin⁹. Nō dimittūt pecūn̄ nisi restituat̄ ablatū. Item recōcilia-
tio cū aduersarijs si forte sint aliqui. Si em̄ aliq̄s volēs offerre
munus ad altare prius debet recōciliari fratri habenti aduersus
se aliquid. Pro vt dicitur Mathei quinto. quanto magis qui
seipsum offert deo in tali peregrinatione debet hoc facere.

Item ordiuatio testamenti. tales em̄ exponūt se morti ⁊ ideo de
bent ordinare testamentū quasi morituri. s̄m v̄bū Mathathie
qui dixit. i. Macha. ij. volentib⁹ secū se exponere morti p̄pter le
gem. Dis qui zelū habet legis. statuens testamentū. creat p̄ me.
Item dispositio dom⁹ seu oīm ad se p̄tinentiū. ne illa occasione
ois ab incepto postea retrahat. Vñ n̄ueri. iij. dicūt ruben ⁊ gad
moysi. Cautas ouīū fabricabimus ⁊ stabula iumentoz. puulis q̄z
nostris vbes munitas. nos autē p̄ hec armati ⁊ accincti p̄gemus
aī filios Israhel. donec introducem⁹ eos ad sua loca. ⁊ ideo dicū
tur expediti p̄cedere fratres suos. Item Constantia in incepto
Sunt em̄ multi qui postq̄ cepērūt crucem de facili mutāt p̄po
sitū. mō plongantes iter. mō laborantes ad voti redemptionem
mō post iter inceptū aduersitatib⁹ occurrentib⁹ de fructu vie de
sperantes. mō p̄ alijs causis leuib⁹ ad reditū festinantes. p̄tra
q̄d dicit̄ Eccl. vi. Esto firm⁹ in via dñi. Item p̄fortatio sanctorū
multi em̄ facilliter murmurāt. facile detrahunt negotio. cito fati
gant. cito deficiunt aīo. sicut filij Israhel ascendentes in terram
p̄missis p̄ desertū. et ideo sunt p̄fortandi sicut Josue ⁊ Caleph
p̄fortauerūt filios Isrl. Vñc. iij. q̄d fuit dño valde acceptū. Q̄
q̄ bene beatus Thomas ap̄tus socios ap̄tos p̄fortauit. qui ascen
dente dño in Irlm vbi mors illi iminebat dixit Johā. xi. Eam⁹
⁊ moriamur cū illo. Item fraternū subsidiū. Mors em̄ est vt in
terra extranea sibi mutuo magis subueniūt hoies in suis necessi
tatib⁹. ⁊ plus est hoc faciendū in exercitu xp̄iano. quia ⁊ hoc mul
tum p̄fert ad robur exercitus. vñ p̄verbio. xvij. Frater qui iuuat
ā fratre quasi ciuitas firma Item abstinentia ab oī peccato Nō
solū em̄ p̄pter pctā multitudinis vel etiā paucorū ymo etiam in
vnius interdū totus p̄fundit exercitus. sicut patz Josue. vij. de
peccato achior. Ideo dicitur Deutro. xiiij. Quā ingressus fueris
pugnā p̄tra hostes tuos custodias te ab oī malo. Que volens ob
seruari diligenter in suo exercitu vir fortissim⁹ Judas. hortabat̄
popl̄m se custodire sine pctō. sub oculis videntes que facta sunt
p̄ pctis eoz qui p̄strati sunt. ij. Mach. vij. Item velox peniten
tia de peccato si forte incurrat ex humana fragilitate. nō em̄ sicut
in alio statu faciunt multi. ita ⁊ in exercitu tali differenda nō est.

peffio. sed statim facienda est p̄fessio ⁊ satisfactio. ne dñs p̄tra to-
tum exercitū puocet. Deutro. xiiij. Si fuerit inter vos homo qui
nocturno pollutus sit somno egrediat̄ extra castra ⁊ nō reuertat̄
priusq̄ ad vesperā lauet̄ aqua. ⁊ p̄ solis occasuz reuertet̄ in castra
Si aut̄ tantā curā habuerūt iudei de abluenda cito immundicia
corpali in exercitu. quāto magis xp̄iani debent hoc curare de in-
mundicia sp̄iali in suo exercitu. Item zelus puniendi mala que
sunt in exercitu. Josue. viij. Lapidauerūt achior ois isrl ⁊ cuncta
que illi⁹ erant igni p̄sumpta sunt. s̄z p̄pter pctm̄ qđ p̄miserat in
exercitu dñi. Quid ergo debent facere xp̄iani. qui magis debent
p̄sequi pctm̄. Item occupatio iu sacris opibus. Debent siquidez
in exercitu xp̄iano fieri frequenter sermones. iuxta illud. qđ dicit̄
.i. Mach. v. Judas hortabat̄ popl̄m p̄ totā viāz donec venirent
in terrā iuda. Debz etiā ibi instari oratiōib⁹. iuxta illd. ij. Mach.
xiiij. Precepit Judas populo vt die ac nocte dñm invocarent q̄
sicut semp ita nunc adiuuaret. Debent etiā ibidem hūiliatiōnū
opa exercere. iuxta illud in codes. Vibus petentib⁹ misericordiā
adñō cum fletu ⁊ ieiunijs p̄ triduiū p̄tinuū p̄stratis. hortatus est
eos Judas vt se prepararent s̄z ad bellū. et iterū. ij. Machabe. x.
App̄inquante thimotheo machabeus ⁊ qui cum illo erāt dep̄ca-
bant̄ dñm. caput terra aspgentes. lumbosq̄ p̄cinci cilicijs ad al-
taris crepidinē puoluti. vt sibi p̄pitius. inimicis vero sp̄oz esset
inimicus. Boni ergo p̄grini debent his ⁊ alijs bonis tanto ma-
gis esse intenti in exercitu quanto ⁊ in maiori necessitate sunt cō-
stituti ⁊ a plurib⁹ alijs negocijs q̄z in pp̄ria patria sicut expediti
Postremo necessaria ē eis fortis decertatio cū bellū ingruerit. ij.
Macha. xiiij. Hortatus est Judas suos vt fortiter dimicarent.

¶ De his que valent ad bñ pugnandū p̄tra saracenos Ca. xlv.

Ira qđ notandū q̄ multa sunt que valere solent ali-
cui ad pugnandū viriliter. Primū est status bone cō-
scientie. Cōscientia em̄ mala que semp seua p̄sumit ti-
met ne forte si moriat̄ in bello male sit ei post mortez. ⁊ ideo quia
timet mortem. timide agit in bello. bona em̄ p̄scientia sperat bo-
na post mortem. et ideo min⁹ timens mortem viriliter pugnat. ⁊
ideo dicit̄. i. Mach. iij. Judas p̄liabat̄ bellū. siue p̄liū isrl cum le

ticia. qz bene p̄fessus qui intelligit p̄ Judam audatius pugnat. i.
 Sc̄m est causa iusticie. sicut dicit de pugile qui habz causas me
 liorem q̄ melius mortuus. z ideo dicit Eccl. iij. Vsq̄ ad mortem
 certa p̄ iusticia. Terciū est retributōis imensitas. p̄p̄t q̄d dicit. i.
 ad Corin. ii. Et illi quidez vt corruptibile coronā accipiāt. nos
 aut̄ incorruptā. q. d. et ideo meli⁹ pugnare debemus. Quartū est
 p̄sidentia de diuino auxilio. et ideo dicit Deutro. ii. Vos hodie
 p̄tra inimicos vestros pugna p̄mittetis. nō p̄timeſcat cor vestrū.
 nolite metuere. nolite terreti. nec formidetis eos. qz dñs deus v̄f
 in medio vestri ē. z p̄vobis p̄tra aduersarios dimicabit vt eruat
 vos de piculo. Quintū est vilitas hostiū. z ideo dicit David. i. re
 gū. xvij. Quis ē hic incircūcisus q̄ ex p̄brauit agnia dei viuētis.
 z post. Tuic vadā z auſſerā opprobriū populi. Sextū est effusio
 sanguinis socioz. z ideo dicit. ij. Mach. vi. Ostendebāt eis sang
 uinem v̄ue z mori ad acuendos eos ad p̄liū. Septimū est acqui
 sitio nois. z idō dicit. i. Mach. ij. Date aīas vestras p̄testamēto
 patrū z accipietis gl̄az magnā z nomen eternū. Porro boni cru
 cesignati sunt in bona p̄scientia p̄pter p̄fessionē. z bona volūate
 in p̄cedentia meritoz. Item pugnant p̄ summa iusticia fidei sa
 cre. Item expectāt remunerationem similez vt martires. Item
 constat q̄ habent secum deū p̄ quo morti se exponunt. Item ha
 bent pugnare contravillissimos saracenos. Item vident ante se
 sanguinem innocentū christianoz quem effuderunt saraceni.
 Item expectare possunt bonum nomen p̄bitatis non solum in
 terra sed etiam in celo vbi dicitur. Isti sunt qui venerūt ex mag
 na tribulatione. z lauerūt stolas suas in sanguine agni. Si ergo
 p̄ quolibet istorum pugnant homines viriliter. quanto magis
 crucesignati qui habent causas omnes p̄dictas. debent p̄tra sara
 cenos viriliter pugnare z decertare. ergo zc.

¶ De his que sunt facienda fidelibus cōgressuris cum
 infidelibus Capitulum. xlvj.

Etandum verō q̄ fideles congressuri cum infideli
 bus non debent confidentiam suaz ponere in viribus
 suis. Quia dicit Psalmista. Brachium eorum non
 saluabit eos. sed dextera inquit tua et brachiū tuum.

Sic nec in multitudine. q̄ sicut dicit. i. Mach. iij. Nō in multitudine exercitus victoria belli sed de celo fortitudo est. Sic nec in armis suis. vñ psalmista. Nō in arcu meo sperabo ⁊ gladius meus nō saluabit me. sed in deū debēt spem suā ponere. iuxta illud psalmiste. In te inimicos nostros ventilabim⁹ cornu ⁊ in noie tuo spernem⁹ insurgentes in nobis. p̄inde debent se fide amare q̄ sancti p̄sides vicerūt regna. effugarūt aciem gladij. p̄ualuerūt de infirmitate. fortes facti sunt in bello. castra verterūt exercitoy. Zebie. xi. Debent etiā cū oratiōib⁹ p̄gredi. ij. Mach. xi. Hic vero qui cū machabeo erāt p̄ oratiōes dñi inuocantes vt esset sibi adiutor. impetū fecerunt in munitiōes ydumeoy. multūq̄ resistentes. obtinuerūt loca. occurrentes interemerūt. ⁊ oēs simul nō minus. xxx. milibus trucidauerunt. Debent iterū in celesti auxilio spem ponere. ij. Macha. xv. Machabeus autē p̄sibat semp̄ cū oī spe auxiliū sibi a dño affutur⁹. ⁊ hortabat suos ne formidarent aduentū nationū. sed in mente haberent adiutoria sibi facta de celo. ⁊ nūc sperarent ab oīpotente sibi affuturā victoriā. Et nota pulcherrimū adiutoriū de q̄ legit. ij. Mach. i. in pugna inter Thimotheū ⁊ Judā sic. Et cū pugna vehemens fieret apparuerūt aduersarij de celo viri quinq̄ in equis frenis aureis decorati ducati iudeis p̄stantes. ex quib⁹ duo machabeū mediū habētes armis suis circūseptū in colūmē seruabant. ⁊ in aduersarios tela ⁊ fulmia iactabant. ex quo ⁊ cecitate p̄fusi. ⁊ p̄turbatiōe repleti cādebant. interfecti sunt autē. xx. milia. quingenti ⁊ equites sercenti. Quis autē posset enarrare alia innumerabilia adiutoria. que fecit suis fidelibus. p̄ se decertantibus. rex regum ⁊ dñs dominantius cuius regnum ⁊ gloria p̄manet sine fine. ip̄i laus ⁊ gloria magnificentissima in eternum. **ANET.**

Explicit tractatus venerabilis patris Scaris Humberti
quondam magistri generalis ordinis predicatorum de predicatoe crucis.